This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

THE LIBRARY
OF
THE UNIVERSITY
OF CALIFORNIA
LOS ANGELES

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MISCELLANEA

FRANCESCANA

DI STORIA, DI LETTERE, DI ARTI

FONDATA E DIRETTA

Dal Sac. Don MICHELE FALOCI PULIGNANI

PUBBLICATA PER CURA

dei PP. MINORI CONVENTUALI di S. FRANCESCO

IN ASSISI

—

Volume XXVII

—

ASSISI

PRESSO IL S. CONVENTO DI S. FRANCESCO

1927

Digitized by Google

Digitized by Google

MISCELLANEA FRANCESCANA

DI STORIA, DI LETTERE, DI ARTI

DIRETTA

DAL SAC. DON MICHELE FALOCI PULIGNANI

Il prezzo di associazione annua è di L. 20 per l'Italia, di Frs. 25 per l'Estero. Le associazioni si ricevono in Assisi, presso i PADRI MINORI CONVENTUALI del Sacro Convento.

ASSISI
Gennaio - Febbraio
Vol. XXVII Fasc. I.

Lettere, manoscritti, stampe e tutto ciò che riguarda la redazione, s'indirizzino in Foligno al Direttore R. D. MICHELE FALOCI PULIGNANI. I manoscritti anche non pubblicati non si restituiscono.

ELOGIO FUNEBRE

DEL PONTEFICE

CLEMENTE XIV

Min. Conv.

composto nel 1802 dal P. TOMMASO SOLDATI

DOMENICANO

Il Pontefice Clemente XIV, splendore dell'ordine dei Minori Conventuali, morì nel 1774, e il suo cadavere, deposto provvisoriamente in S. Pietro in Vaticano, fu trasportato nel 1802 nella Chiesa dei Santi XII Apostoli, e collocato nel magnifico mausoleo scolpito dal Canova. In quell'occasione il Padre Generale dei Minori Conventuali Bonaventura Bartoli incaricò il P. Tommaso Maria Soldati dell'Ordine dei Predicatori, Segretario della S. C. dell'Indice, a tesserne l'elogio funebre. E questi di fatti lo compose: ma siccome alla funebre cerimonia avea promesso di intervenire il Pontefice Pio VII, e con lui il S. Collegio dei Cardinali, fu creduto necessario sottoporre all'approvazione del Papa il testo del discorso che doveva leggersi in così solenne occasione. Ma in Vaticano non tutte le parole del discorso trovarono piena approvazione, e il Cardinale Consalvi Segretario di Stato del Pontefice restituì il manoscritto, indicando i punti che dovevano togliersi o modificarsi. Il Padre Soldati modificò, attenendosi alle istruzioni ricevute, ma questo non bastò per soddisfare il pensiero del Pontefice, il quale, per sue buone ragioni, finì sull'ultimo col dichiarare che non sarebbe più intervenuto alla cerimonia. Quindi al P. Soldati si resero necessarie altre modificazioni, perchè mentre prima il discorso era indirizzato al Papa, si dovette poi indirizzarlo al Sacro Collegio. Nell'Archivio del Convento dei Santi XII Apostoli in Roma, con la segnatura D, 50, si conserva in copia autentica il duplice discorso, quello cioè che fu composto per essere indirizzato al Papa, e quello che fu letto alla presenza dei Cardinali. Tale manoscritto ha questo titolo: « *Fratris Thomae Mariae Soldati Ord. Praed. Sacrae Indicis Congregationis Secretarii Orationes Duae. Altera Composita Pro Instauratione Funeris Clementis XIV Pont. Max. Altera in eadem Instauratione Habita* ». Alla copia autentica della duplice orazione il P. Sol-

Digitized by Google

dati ha premesso un *Monitum*, nel quale spiega e racconta le vicende dell'orazione stessa, e come e perchè essa non fu stampata mai.

Col permesso del R.mo Padre Orlich Ministro Generale dei Minori Conventuali l'interessante documento si stampa oggi nel doppio testo, cioè quello preparato e diretto al Papa, e quello modificato e letto ai Cardinali.

Duplice è la ragione di questa stampa. La prima è per le notizie, sconosciute in gran parte, che il P. Soldati potè radunare sulla vita di quel Pontefice. La seconda ragione è per conoscere quali erano nell'anno 1802 le opinioni correnti per le quali il Pontefice e il suo primo Ministro non giudicarono opportuno che si ricordassero certe opinioni e certe circostanze di mezzo secolo indietro. Le due orazioni si stampano l'una di rimpetto all'altra, con le note che a ciascuna di esse appose l'autore, onde chi legge vegga subito la differenza che passa fra di esse, e conosca l'importanza delle considerazioni e delle parole che non si vollero ricordare alla presenza del Papa. Dal 1770 al 1802 le cose erano molto cambiate, e se non si credè opportuno di insistere molto col ricordo di alcuni momenti politici che resero necessarii al Papa Clemente XIV alcuni atti, oggi le mutate condizioni dei tempi permettono di far conoscere quanto allora non si giudicò opportuno di rammentare. D'altra parte, come dovea essere delicata la posizione del P. Soldati, che dovea lodare un Pontefice alla presenza di un suo quasi immediato successore!

Una parola deve dirsi sul merito e sul valore del P. Soldati, teologo, polemista, diplomatico valoroso, il cui nome è legato con molti avvenimenti politici dalla fine del XVIII, e del principio del XIX secolo. Chi desiderasse conoscerlo, legga nel prezioso Indice del *Dizionario* di *Erudizione Storico-Ecclesiastica* del Moroni in quanti luoghi si parli di lui; legga la *Continuazione degli Annali di Italia* fatta dal Coppi al Muratori, e più legga la erudita memoria che fece di lui il P. Masetti nel secondo volume dei *Monumenta et antiquitates veteris disciplinae Ordinis Praedicatorum* (1). Il Masetti, fra le opere inedite de P. Soldati, ricorda in ultimo questo manoscritto « *De laudibus Clementis XIV P. M. Oratio habita in Basilica XII Apostolorum cum eius exuviae asportarentur a Templo Vaticano IV Non. Aprilis an. 1802* ». Ed a questa notizia aggiunge la nota seguente, che riassume tutta la storia di questo Elogio.

« *Haec oratio, quam instante P. Bartolo* « *Min. Gen. Ord. Minorum Conventualium* « *scripserat, habenda erat coram Summo* « *Pontifice Pio VII: ideo Soldatus per* « *Card. H. Consalvium eam Pontifici obtu-* « *lit legendam, qui perlectam eidem Car-* « *dinali restituit; is vero ad Magistrum* « *S. P. Ap. trasmisit, quasdam ex Pii man-* « *dato levioris momenti emendationes prae-* « *cipiens. Sed die exequias praecedente* « *Pontifex P. Ministro Gen. Min. Conv.* « *significavit se exequiis non interfuturum.* « *Ob hunc inopinatum casum T. Soldatus* « *coactus est orationem ad humbilicum per-* « *ductam quasi de novo reficere, eamque* « *coram S. Collegio ferme integro pronun-* « *ciavit die supradicta. Haec oratio adhuc* « *reliqua est, et ex ea modo dicta trastu-* « *limus* ».

Ciò premesso, ecco il *Monitum* del P. Soldati, e la sua doppia Orazione. Le ultime parole dell'ultima nota posta dal Soldati al *Monitum* (le consideri il lettore) ci fanno ritenere che il fatto dette luogo a qualche discussione.

D. M. Faloci Pulignani

(1) Roma. 1864, pag. 256 - 261.

Digitized by Google

Fratris Thomae Mariae Soldati Ord. Praed. Sacrae Indicis Congregationis Secretarii in proximas orationes duas Monitum.

Cum annuente Pio VII, qui delata sibi divinitus Ecclesiae universae gubernacula providentissime tractat, Reverendissimus Pater Frater Bonaventura Bartolus, Ordinis Minorum Conventualium Generalis Minister, Clementis XIV ex eodem Ordine Pontificis Maximi Corpus a Vaticana Basilica ad Basilicam Sanctorum XII Apostolorum XII Kalendas Februarias MDCCCII transferendum curasset, ac ei magnificentissima pompa funus instaurare decrevisset, pecuniam ad hanc rem contribuentibus Alumnis et Coenobiis Ordinis sui, cuius gloriam ingentibus in Christianam rempublicam meritis partam Clemens XIV nova splendoris accessione illustraverat, pro veteri Franciscanae Familiae cum Dominicana coniunctione, et singulari sua in me humanitate, mihi honorificentissimum funebris laudationis tanto Pontifici persolvendae munus obtulit, quod ego gravissimis rationibus et exemplis adductus suscepi (1): atque, ut memoriam meam rerum a Clemente gestarum mihique iam notarum (illum enim Cardinalem renunciatum ad Vaticanam Basilicam, maxima Romani Populi acclamatione progredientem, meis ipse oculis videram, ac toto fere eiusdem Pontificatus tempore versatus in hac Urbe fueram) repetitione reficerem, non modo elegantissimam Orationem (2) ab eruditissimo Praesule Philippo Bonamicio in eius funere habitam in Basilica Vaticana IV Nonas Octobris MDCCLXXIV, ac Vitam eiusdem Pontificis ab Anonymo elucubratam, et vitis Pontificum Romanorum ex antiquis monumentis descriptorum opera et studio Antonii Sandinii editionis Patavinae, non, ut titulus praefert, Ferrariensis, MDCCLXXV. pag. 134, segg. adiectam, et aliam Italico sermone typis Dominici Margii ac Soc. anno item MDCCLXXV Florentiae vulgatam (3), hac inscriptione: *Ragguaglio della vita, azioni e virtù di Clemente Quartodecimo Pontefice Ottimo Massimo illustrata con medaglie, iscrizioni ed altri documenti*, verum etiam Allocutiones Constitutiones, Epistolas, Decreta, et Chirographa a Cle-

(1) Ut alia huius generis exempla omittam, Petrus Tarantasiensis ex Ordine Praedicatorum Cardinalis Episcopus Ostiensis ac Veliternus, postmodum Summus Pontifex Innocentii V nomine, Lugduni in Templo Sancti Francisci coram Domino Papa, cum omnibus Praelatis qui erant in Concilio (Lugdunensi Oecumenico) et tota Curia funebrem laudationem persolvit Bonaventurae Balneoregiensi ex Ordine Minorum Episcopo Albano, deinde propter insignem sanctimoniam prodigiis confirmatam egregiamque Doctrinam luculentis voluminibus testatam, a Sixto IV in Sanctorum, et a Sixto V (utroque ex Ordine Minorum Conventualium) in doctorum Ecclesiae numerum adscripto, ut ex historia Concilii Lugdumensis refert Lucas Wadingus Annalium Ordinis Minorum Tomo IV editionis Romanae MDCCXXXII ad annum 1274 num. XIV; et P. Magister Frater Iacobus Hyacinthus Senius Doctor Sorbonae Ord. Praed. Orationem funebrem habuit *in Ecclesia SS. Duodecim Apostolorum de Urbe occasione exequiarum Eminentissimi at Reverendissimi Fr. Laurentii Brancati Cardinalis de Lauraea*, ex Ordine Minorum Conventualium, viri pietate ac Theologicarum Canonicarumque rerum scientia instructissimi, qui Basilicam ipsam Sanctorum XII Apostolorum ingenti sua impensa splendidiore opera et cultu refecerat *Romae apud Mascardum MDCXCIV* editam, ac postea recusam ad calcem Vitae eiusdem Cardinalis *compendiose* descriptae *per Fr. Bartholomeum Comandum eiusdem Ord. Minorum Conventualium S. Francisci de Castronovo Agrigentinae Dioeceseos S. T. M. praefatae Basilicae SS. XII Apostolorum de Urbe Parochum perpetuum. Romae typis, haeredum Corbelletti MDXCVII.*

(2) Extat haec Oratio in volumine secundo Operum omnium Philippi et Castruccii Fratrum Bonamiciorum Lucensium, quo in volumine Philippi Bonamicii scriptorum pars altera continetur, Lucae MDCCLXXXIV typis Iosephi Rocchii pag. 114, sequentibus.

(3) Huius Vitae exemplum dono mihi dedit A. R. P. Magister Fr. Caietanus Martinellius Ord.

Digitized by Google

mente XIV publicata diligentissime perlegi. Istis praesidiis instructus Pontificis eiusdem laudationem ad certam historiae fidem exactam composui, subiectis adnotationibus, quae documenta indicarent, ex quibus acceperam, quae de Clemente commemorabam. Eam vero composui quasi coram Pontifice Maximo recitanda esset. Nam Reverendissimus Bartolus, autequam extremam ei manum imponerem, mihi Pium VII illam exequiarum instaurationem augusta sua praesentia honestaturum (1) nunciaverat. Itaque sperabam fore ut ea Censoribus probaretur, nec a me integranda esset. Verum longe aliter accidit. Cum enim hortante ac suadente spectatissimo Praesule Aloysio Gazzolo Apostolicae Camerae Auditore Generali, Reverendissimus Bartolus Orationis illius meae exemplum ad Amplissimum Cardinalem Herculem Consalvium Pio VII a Secretis status misisset VI Kalendas Aprilis, triduo post, hora fere ante meridiem, Reverendissimus Pater Frater Thomas Vincentius Panius Ordinis Praedicatorum Sacri Palatii Apostolici Magister a Cardinali Consalvio ad me venit, exemplumque Orationis reddidit, una cum mandatis ut loca omnia foliorum plicatura designata mihi vocetenus ab ipso saeri Palatii magistro summis capitibus indicanda, partim omnino supprimerem, partim contraerem, et cum exemplo Orationis ad eam normam retractatae, prioris Orationis exemplum ad eumdem Cardinalem remitterem, a quo Kalendis Aprilis Palatii Apostolici Magister attulit mihi periocham Italico sermone dictatam, a me ad litteram latine reddendam, ac Orationi refectae inserendam, cuius periochae aliquibus Verbis alia suffici IV Nonas Aprilis (2), hoc est pridie eius diei quae Oratio habenda erat, iussit Pius VII, qui iam Kalendis Aprilis per Admissionalem suum Ornatissimum Praesulem Antonium Mariam Odeschalchium, Archiepiscopum Iconiensem, Reverendissimo Bartolo significaverat se instaurationi funeris Clementis XIV minime praefuturum, ne aliquid novasse videretur (3). Quare Oratio ad sacrae Romanae Ecclesiae Cardinales dirigenda fuit, ac totum fere eius corpus paucis a me horis reformandum: quem ego laborem aequissimo animo subeundum putavi, ut Pontificis Optimi Maximi ac supremi illius Administri mandatis parerem, ac ne splendidissima illa funeris instauratio laudatione careret. Caeterum Oratio ad praescriptam formam redacta habita quidem a me fuit III Nonas Aprilis frequentissimo Purpuratorum Pa-

Min. Convent. Ex-Assistens Generalis et pro-Secretarius (quo interventore oblatum mihi a Reverendissimo P. Bonaventura Bartolo supremo eiusdem Ordinis Praefecto funebris laudationis Clementi XIV persolvendae munus suscepi), simulque Allocutiones et Constitutiones, ac Epistolas plerasque ab eodem Pontifice editas, atque in Thypographia Rev. Camerae Apostolicae impressas, et MS. ab ipso Martinellio exaratum hoc titulo: *Notizie di F. Lorenzo Ganganelli Minore Conventuale indi Sommo Pontefice col nome di Clemente XIV morto nel Settembre del 1774 e dopo 27 anni, 4 mesi e 27 giorni trasportato la notte delli 21 Gennaro 1802 da S. Pietro in Vaticano alla Chiesa dei SS. XII Apostoli, e depositato con rogito del Signor Lorenzini presso il gran Mausoleo fatto a spese del Signor Carlo Giorgi dal celebre scultore Signor Cavalier Canova Veneto.*

(1) Hoc Reverendissimo Bartolo, Pii VII nomine, significaverat Clarissimus Praesul Antonius M.a Odeschalchius, qui Summo Pontifici est ab admissionibus.

(2) Ut patet ex brevi hac epistola ad me a Reverendissimo Patre Magistro Sacri Palatii Apostolici data: *li 2 Aprile 1802 — Quirinale — Il Cardinale Segretario di Stato mi scrive che il Papa ha giustificato meglio di dire* ad Ecclesiae bonum, *piuttostochè ad S.* Sedis utilitatem, *e comanda al Maestro del Sacro Palazzo di avvisare il R.mo Padre Segretario dell' Indice, perchè abbia la bontà di fare quest' ultima correzione.*

(3) Neque enim Pontifices Maximi instaurationibus funeris praedecessorum suorum praesidere consueverant.

Digitized by Google

trum ac nobilissimorum hominum conventu (1), sed publicis typis, ut consuetudo ferebat, nequaquam excusa. Nam quominus ante eam diem a Typographo aeneis formis imprimeretur, augustia temporis fecit: quominus autem vulgauda deinde censeretur, praestantiorum rerum a Clemente XIV gestarum praetermissio (2), cuius causam prodere non licebat.

Romae in Aede ad Sanctam Mariam super Minervam Pridie Idus Ianuarias MDCCCIII

ORAZIONE PREPARATA

ORATIO
PRO INSTAURATIONE FUNERIS
CLEMENTIS XIV PONT. MAX
COMPOSITA
A FR. THOMA M. SOLDATI
ORD. PRAED. S. I. CONG.
SECRETARIO

Si nihil, B. P. *honestati praeferendum* (1) et *in officio colendo sita vitae est honestas omnis* (2), neminem futurum puto, qui oblatum mihi a spectatissimo viro Bonaventura Bartolo summo Minorum Conventualium Ordinis Praefecto de Clementis XIV Pontificis Opt. Max. laudibus in hoc *augustissimo totius terrarum orbis* consessu dicendi munus a me, quamvis nec eloquentiae praesidiis, nec usu atque exercitatione ad illud pro rei locique amplitudine sustinendum satis instructo, recipiendum fuisse non arbitretur. Quotus enim quisque est, qui ignoret, sanctissimos Ordinum Praedicatorum et Minorum Parentes Dominicum et Franciscum moribus studiisque simillimos arctissima inter se familiaritate devinctos, eamque necessitudinem non inter eos solum perpetuam fuisse, verum etiam ad filios po-

(1) Ex Cardinalibus Patribus, qui Romae erant, triginta Exequiis illis interfuerunt, tribus aliis dumtaxat desideratis, nimirum Iohanne Francisco Albano, Card. Decano, serenissimo Duce eboracensi, Episcopo Tusculano, et Iohanne Philippo Gallerato - Scotto, quod incommoda valetudine impedirentur - Easdem praesentia sua decorarunt Serenissima Maria Anna Archidux Austriae et Francisci II Imperatoris soror, atque Esterorum Principum Legati, nempe Imperatoris, Regum Hispaniae et Portugalliae et Gallici Gubernii.

(2) Ratio temporis, quo recitanda Oratio erat, Cardinali Consalvio persuasit, ut multa praetermittenda esse censeret ex illis ipsis, quae de Clemente XIV. Philippus Bonamicius in funebri eius Pontificis laudatione, praedicaverat. Quin etiam plura fortasse quam Cardinalis vellet, omissa a me fuerunt, propterea quod vererer ne, novo aliquo scrupulo iniecto, Oratio a me tertio retractanda foret.

Quae porro suppresserim et quae contraxerim et vix attigerim facile prospiciet qui Orationis utriusque inter se comparationem instituerit: cuius rei si proprias causas vulgarem, periculum esset ne pluribus minime probarentur.

ORAZIONE LETTA

IN INSTAURATIONE
FUNERIS
CLEMENTIS XIV PONT. MAX
ORATIO
A FR. THOMA MARIA SOLDATI
ORD. PRAED. S. I. CONG. SECR.
AD EM. AC. REV. S. R. E. CARD.

Si *nihil*, Eminentissimi Patres, *praeferendum honestati, et in officio colendo sita vitae est honestas omnis* (3), neminem futurum puto, qui oblatum mihi a spectatissimo viro Bonaventura Bartolo summo Minorum Conventualium Ordinis Praefecto, de Clementis XIV Pont. Max. laudibus in hoc ornatissimo, frequentissimoque consessu dicendi munus a me, quamvis nec eloquentiae praesidiis, nec usu atque exercitaione ad illud pro rei locique amplitudine sustinendum satis instructo recipiendum fuisse non arbitretur. Quotus enim quisque est, qui ignoret sanctissimos Ordinum Praedicatorum et Minorum Parentes, Dominicum et Franciscum, moribus studiisque simillimos arctissima inter se familiaritate devinctos, eamque necessitudinem non inter

Digitized by Google

ORAZIONE PREPARATA

sterosque hereditaria successione manasse? (4) Cui in hac potissimum Urbe degenti cognita non sunt immortalia Clementis XIV in Praedicatorum Familiam (5) atque in me ipsum beneficia? (6) Quis igitur non censeat, munus hoc, etsi gravius quam vires meae ferrent, a me fuisse suscipiendum, ne, eo recusato, in turpem neglecti officii reprehensionem inciderem, qui datam ultro mihi tam preclaram meae erga Pontificem, cui plurimum deberem, pietatis, et erga Ordinem mihi communibus privatisque rationibus (7) conjunctissimum observantiae profitendae occasionem repudiassem? Praesertim cum in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi talis causa offerretur, in qua oratio nemini vel infantissimo deesse posset. Nam rerum a Clemente XIV gestarum tanta est prestantia, ut verborum ornamenta non requirat, tantaque copia, ut percensere singula instituentem obruat. Quare cum modus mihi in dicendo quaerendus sit, hoc unum contendam, Clementem XIV difficillimis Catholicae Ecclesiae, Ditionisque Pontificiae temporibus, summa omnium expectatione in Apostolica Sede collocatum utramque Pontificis ac Principis qua induebatur personam ita tulisse, ut commotam de se expectationem cumulatissime expleverit. Quod quidem cum ostendo, precor te obtestorque, *B. P.*, ut me conscientia meae tenuitatis perculsum, ac magnopere verentem, ne digna tanta celebritate, digna auribus et sapientia *tua* eloquar, singulari *illa clementia et humanitate, quam in te omnes suspiciunt, et admirantur, subleves et sustentes.* Atque ut ab eo, quod primo loco proposui, mea statim proficiscatur oratio, *repete paulisper memoria, A. P., quae Catholicae Ecclesiae, quae Ditionis Pontificiae conditio* esset, cum Clemens XIII piissimus Pontifex, repentina morte correptus in coe-

ORAZIONE LETTA

eos solum perpetuam fuisse, verum etiam ad filios posterosquae haereditaria successione manasse? Cui in hac potissimum Urbe degenti cognita non sunt immortalia Clementis XIV in Praedicatorum Familiam atque in meipsum beneficia? Quis igitur non censeat munus hoc, etsi gravius quam vires meae ferrent, a me fuisse suscipiendum, ne, eo recusato, in turpem neglecti officii reprehensionem inciderem, qui datam ultro mihi tam praeclaram meae erga Pontificem, cui plurimum deberem, pietatis, et erga Ordinem mihi communibus privatisque rationibus coniunctissimum observantiae profitendae occasionem repudiassem? Praesertim cum in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi talis causa offerretur, in qua oratio nemini vel infantissimo deesse posset. Nam rerum a Clemente XIV gestarum tanta est praestantia, ut verborum ornamenta non requirat, tantaque copia ut percensere singula instituentem obruat. Quare cum modus mihi in dicendo quaerendus sit, hoc unum contendam, Clementem XIV difficillimis Catholicae Ecclesiae Ditionisque Pontificiae temporibus, summa omnium expectatione in Apostolica Sede collocatum, utramque Pontificis ac Principis, qua induebatur, personam, ita tulisse ut commotam expectationem cumulatissime expleverit. Quod quidem dum ostendo, precor vos obtestorque, EE. PP., ut me conscientia meae tenuitatis perculsum ac magnopere verentem, ne digna tanta celebritate, digna auribus et sapientia vestra eloquar, humanitate et benevolentia in audiendo sublevetis.

Atque ab eo quod primo loco proposui mea statim proficiscatur oratio, quo tempore Clemens XIII, piissimus Pontifix, repentina morte correptus, in Caelum, ut confidimus, evolavit, ea rerum conditio e-

Digitized by Google

ORAZIONE PREPARATA

lum, ut confidimus, evolavit. *ubi beatus evo sempiterno frueretur. Nimirum gentes fere innumerabiles, quas superstitio occupaverat, in summa adhuc Christianae Religionis ignoratione versabantur. Ex illis autem, que nostris, sacris initiatae erant, quam multae haeresum laqueis miserabiliter constrictae tenebantur, aut inveterato schismate ab Ecclesiae Catholicae radice,* et *matrice* (8) dissociabantur! Ad haec in ipsis Catholicis regionibus noxiae *sive ad labefactandam, sive ad tollendam Religionem* (9) *opiniones fere quotidie* exoriebantur et circumferebantur, easque homines *novitatis illecebra* inducti, et *quadam peregrinae scientiae aviditate* pertracti animis libentissimi imbibebant; saluberrimae de gravissimis Ecclesiasticae disciplinae capitibus leges pro nihilo putabantur, ac mutuâ Legationum consuetudine inter prestantissimos aliquos Ecclesiae Filios et supremum Ecclesie. Antistitem interruprâ uberrimi qui inde profluunt fructus intercipiebantur. Nec Ditionis, in qua Romani Pontifices civilem quoque potestatem habent, res politicae meliore loco erant; siquidem ipsa, florentissimis duabus Provinciis ab ea avulsis, erario ob publicas superiorum annorum calamitates exhausto, novis vectigalibus ad erarii aeiusdem rationes componendas impositis, omnibus pene hominum societatibus, et communitatibus alieno aere gravatis, pecuniae inopia in dies ingravescente praesertim ob ingentem auri vim, quae ad peregrinas telas concinnandis vestibus, quarum communis usus erat, coemendas, exportabatur, annona cariore facta re agraria neglecta, commercioque languente, maximis angustiis premebatur. Igitur ea tempora non desiderabant solum, sed etiam poscebant, et flagitabant, ut Christianae reipublicae praeficeretur vir Catholicae Religionis, publicaeque utilita-

ORAZIONE LETTA

rat, ut tum maxime Cristianae Reipublicae praeficiendus videretur Vir Catholicae Religionis publicaeque utilitati studiosis-

Digitized by Google

ORAZIONE PREPARATA

tis studiosissimus, multiplici recon ditaque doctrina ex purissimi divinae revelationis fontibus hausta imbutus, admirabili integritate, atque in rebus agendis dexteritate, et forti excelsoque animo, qui cogitationes omnes suas, curasque ad Catholicae Ecclesiae, Ditionisque Pontificiae statum componendum, erigendumque converteret. Quamobrem amplissimi Patres, qui ad Comitia pro novo eligendo Pontifice convenerant, ex quibus duo (10) adhuc supersunt clarissima Apostolici Collegii lumina et ornamenta, rebus omnibus ac personis diligentissime circumspectis, summam Ecclesiae dignitatem potestatemque Laurentio Ganganellio cunctis suffragiis detulerunt, quem ex accurata eius vitae morumque consideratione ad tantum onus in tanta temporum asperitate sustinendum omnium maxime idoneum, proposita iurisiurandi religione, judicabant. Etenim noverant eum in ipso adolescentiae flore, humanis rebus omnibus neglectis, divino instinctu franciscanae Familiae nomen dedisse, ex qua non modo innumeri fere viri sanctitate, doctrina, et Catholicae Religionis conservandae tuendae propagandae, studio illustres, verum etiam Pontifices Maximi plures rerum praectarissimarum laude in omnem aetatem commendatissimi prodierunt. Noverant eum ab optimis conscientiae moderatoribus, et graviorum scientiarum doctoribus ex quibus fuerunt Angelus Antonius Sandreanus, atque Antonius Luccius, Bovini deinde Episcopus, quorum sanctitatis etiam miraculis confirmatae fama certis adeo documentis nititur, ut de beatorum caelitum honoribus utrique decernendis agatur (12), institutum cultumque tantum in pietate ac litteris profecisse, ut dignissimus fuerit habitus, qui familiae suae alumnos Philosophicis disciplinis Asculi, et Bononiae, tum Mediolani, Bononiae, ac demum in cele-

ORAZIONE LETTA

simus, multiplici reconditaque doctrina ex purissimis divinae revelationis fontibus hausta imbutus, admirabili integritate atque in rebus agendis dexteritate, et forti exelsoque animo, qui cogitationes omnes suas curasque ad Catholicae Ecclesiae Ditionisque Pontificiae statum ex iis, quibus premebatur, angustiis erigendum converteret. Itaque amplissimi Patres, qui ad Comitia pro novo Pontefice eligendo convenerant, ex quibus duo ad huc supersunt clarissima Collegii vestri lumina (11), rebus omnibus ac personis diligentissime circumspectis, summam Ecclesiae dignitatem potestatemque, cunctis suffragiis, Laurentio Ganganellio detulerunt, quem ex accurata eius vitae morumque consideratione, ad tantum onus sustinend um omnium maxime idoneum, proposita iurisiurandi religione, indicabant. Etenim noverant eum in ipso adolescentiae flore, humanis rebus omnibus neglectis, divino instinctu Franciscanae familiae Nomen dedisse, ex qua non modo innumeri fere viri sanctitate, doctrina et Catholicae Religionis conservandae, tuendae, propagandae studio illustres, verum etiam Pontifices Maximi plures rerum praeclarissimarum laude in omnem aetatem commendatissimi prodierunt. Noverant eum ab optimis conscientiae moderatoribus et graviorum scientiarum doctoribus, ex quibus fuerunt Angelus Antonius Sandreanus, atque Antonius Luccius, Bovini deinde Episcopus, quorum sanctitatis etiam miraculis confirmatae fama certis adeo documentis nititur, ut de beatorum Coelitum honoribus utrique decernendis agatur, institutum atque excultum in pietate ac litteris profecisse, ut dignissimus habitus fuerit, qui Ordinis sui alumnos philosophicis disciplinis Asculi et Bononiae, tum Mediolani, Bononiae ac potremo in celeberrimo isto Collegio, cui ab inclyto Ecclesiae Doctore Sancto Bo-

Digitized by Google

ORAZIONE PREPARATA

berrimo isto Collegio, cui ab inclito Ecclesiae Doctore S. Bonaventura nomen, Theologicis informaret. Noverunt eum a Benedicto XIV, sapientissimo aequissimoque verae ac solidae doctrinae aestimatore in difficillimis de Catholica fide quaestionibus exponendis dirimendisque consiliarium adhibitum, ac decimumquintum iam annum in tam arduo munere summa cum laude versantem, a Clemente XIII invitum (13) ac reluctantem in *S. R. E. Cardinalinm Collegium* maxima totius Urbis gratulatione cooptatum. Noverant denique eum in tanta dignitatis accessione eamdem, quam semper prae se tulerat in vultu, in sermonibus, in consuetudine animi demissionem, modestiam, suavitatem, eamdemque, cui a suscepto religiosae vitae instituto assueverat, frugalitatem retinuisse, ab omni fastu pompaque abhorrentem aedium istarum dietam magnificis domibus praetulisse; incredibilem in delatis sibi muneribus obeundis laborem, diligentiam, fidem praestitisse, nec aliquid unquam aut gratiae, aut metui dedisse. *Quapropter in certam spem adducebantur fore, ut ipse difficultates omnes, quibus Catholica Ecclesia, ac Pontificia Ditio conflictabantur, feliciter explicaret.*

Ac praeclarum illi quidem iudicii sui fructum ex communi quae illud consequuta est approbatione ceperunt. Cum enim Laurentii Ganganelli virtutis fama longe lateque percrebuisset, quis eo Pontifice, renunciato, inusitatam animo laetitiam non percepit? Quis gratias quas potuit maximas Deo non egit? Quis *iacentes afflictasque Catholicae Ecclesiae,* Ditionsque Pontificiae res excitandas, recreandasque non putavit? Vera, certa, et omnibus notis sima loquor. Nemo enim tam communis usus expers est, ut nesciat faustissima illa die, qua Laurentius Ganganellius ad beatissimi Apostolorum Principis Petri

ORAZIONE LETTA

naventura nomen, Theologicis informaret. Noverant eum a Benedicto XIV, sapientissimo eaquissimoque verae ac solidae doctrinae aestimatore, in difficillimis de Catholica fide quaestionibus expendendis dirimendisque consiliarium adhibitum, ac decinum quintum iam annum in tam arduo munere summa cum laude versantem, a Clemente XIII renuentem in vestrum, EE. PP. Collegium, maxima totius Urbis gratulatione, cooptatum. Noverant denique eum in tanta dignitatis accessione camdem, quam semper praesetulerat, in vultu, in sermonibus, in consuetudine animi demissionem, modestiam, suavitatem, camdemque, cui a suscepto vitae instituto assueverat, frugalitatem retinuisse; ab omni pompa (13 bis) abhorentem, aedium istarum dietam magnificis domibus praetulisse; incredibilem in delatis sibi, muneribus obeundus laborem, diligentiam, fidem praestitisse, nec aliquid unquam aut gratiae aut metui dedisse.

Ac praeclarum illi quidem iudicii sui fructum ex communi, quae illud consecuta est, approbatione ceperunt. Cum enim Laurentii Ganganellii virtutis fama longe lateque percrebuisset, quis, eo Pontefice Maximo renuntiato, inusitatam animo laetitiam non percepit? Quis gratias quas potuit maximas Deo non egit? Quis Catholicae Ecclesiae Ditionisque Pontificiae res exitandas recreandasque non putaret? Vera, certa et omnibus notissima loquor. Nemo enim tam communis usus expers est, ut nesciat faustissima illa die, qua Laurentius Ganganellius ad beatissimi Apostolorum Principis Petri Sedem evectus, amplissimorum beneficiorum, quibus a Cle-

Digitized by Google

ORAZIONE PREPARATA

ipsi honorem ac gloriam tantummodo tri-sedem evectus, amplissimorum beneficiorum, quibus a Clemente XIII auctus fuerat, memor, Clemens XIV appellari voluit, et se in Populi Romani conspectum dedit, tantam virorum, ac mulierum omnium aetatum, omniumque ordinum, vultu ac voce insolitum quo efferebantur gaudium, futuraeque felicitatis spem quam conceperant, indicantium multitudinem ad Vaticanum confluxisse, ut eo civitas tota cum coniugibus ac liberis se effudisse videretur; nemo, quem lateat perspicuas letitiae significationes ubique gentium a Catholicis editas, Regesque omnes, ac Principes Catholicos splendidissimis Legationibus ac litteris officii benevolentiaeque plenissimis Clementi declarasse eximiam voluptatem, quam ex optatissimo summi honoris ad eum delati nuncio acceperant.

Magna haec profecto sunt, *mira*, et Clementi gloriosa. Illud tamen ad eius memoriae immortalitatem multo gloriosius, quod ipse Principatum utrumque sic gesserit, ut omnium opinioni votisque satisfecerit. Nam quae supremi Ecclesiae Antistitis, quae optimi Principis maxime propriae virtutes sunt, quibus ille non praestiterit, atque ita praestiterit, ut *illi etiam, qui a Catholica Religione, et ab Ecclesia principali, unde unitas Sacerdotalis exorta est* (14), *abhorrebant, tam illustrium eius virtutum* admiratione commoverentur, *ipsumque plurimi facerent*, ac summis in *coelum laudibus efferent?* Quis enim de se abiectius et demissius sensit, quam Clemens? qui omnium se mortalium infimum, ac divinae opis maxime egentem putabat, qui nihil arrogabat sibi (15), suisque humeris *inscrutabili divinae sapientiae atque bonitatis consilio, nullo meritorum suffragio* (16) impositam summi ministerii sollicitudinem profitebatur, ut *si quid* Do-

ORAZIONE LETTA

mente XIII auctus fuerat, memor, Clemens XIV appellari voluit, ac se in Populi Romani conspectum dedit, tantam virorum ac mulierum, omnium aetatum omniumque ordinum, vultu ac voce insolitum, quo efferebantur, gaudium futuraeque felicitatis spem, quam conceperant, indicantium multitudinem ad Vaticanum confluxisse, ut eo Civitas tota cum coniugibus ac liberis se effudisse videretur: nemo quem lateat perspicuas laetitiae significationes ubique gentium a Catholicis editas, Regesque omnes ac Principes Catholicos splendidissimis legationibus ac litteris officii observantiaeque plenissimis Clementi declarasse eximiam voluptatem, quam ad optatissimo summi honoris ad eum delati nuncio acceperant.

Magna haec profecto sunt et Clementi gloriosa. Illud tamen ad eius memoriae immortalitatem gloriosius, quod ipse urumque Principatum sic gesserit, ut motam de se expectationem egregie sustinuerit. Nam quae supremi Ecclesiae Antistitisquae optimi Principis maxime propriae virtutes sunt, quibus ille non praestiterit, atque ita praestiterit ut omnes illarum admiratione commoverentur? Quis enim de se abiectius ac demissius sensit quam Clemens? Qui omnium se mortalium infimum ac divinae opis maxime egentem putabat, qui nihil arrogabat sibi, suisque humeris inscrutabili divinae sapientiae atque bonitatie consilio, nullo meritorum suffragio, impositam summi ministeri sollicitudinem profitebatur; ut si quid dominus, ea temporum conditione, eius, qui inutilis servus

Digitized by Google

ORAZIONE PREPARATA

minus *ea temporum conditione eius, qui inutilis servus ysit opera ad Ecclesiae suae incolumitatem moliri, ac efficere* constituisset, *illum unum omnes auctorem atque effectorem* perspicerent, *et propterea buendam* (17) cognoscerent. Quis eo frugalior fuit? cuius mensa ex parabilibus vilibusque dapibus angusta et brevis, vestitus, praeter externa Pontificiae dignitatis insignia, vulgaris et obsoletus, intimum cubiculum non auleis, non holosericis, non pretiosis tabulis instructum, sed modica tenuique supellectile, atque illa fere, qua privatam in Coenobio vitam agens utebatur. Quis in consanguineos et affines parcior? qui nihil in illos liberalitatis beneficentiaeque contulit. Quis abstinentior qui Episcopis tributum, quod Romano Pontifici ob recentem novam dignitatem persolvendum est, auplurimum aut totum, aut magna ex parte condonavit. Quae aditus ad illum facilitas! quae sermonis comitas! quae in cujusque rebus constituendis prudentia! quanta in Catholicae fidei integritate conservanda, et amplificatione promovenda, quanta in labibus, quae in Ecclesiasticam disciplinam irrepserant, abstergendis vigilantia et cura? Testes sunt impiorum Philosophorum libri ad Religionis fundamenta, si fieri posset, evertenda callidissime compositi, quos Clemens gravissimis Decretis notatos (18) a Christianorum hominum manibus extorsit. Testes Transylvani ab Ariana, Ancyrani Galatiae ab Eutychiana haeresi ad Catholicam fidem traducti, ac Persarum Primas, veterisque Assyriae Patriarcha, Nestorianis erroribus et schismate ejuratis, in Romanae Ecclesiae sinum recepti (19). Testes Apostolicae litterae ad Ecclesiasticam disciplinam in pristinam dignitatem splendoremque restituendam vulgatae (20), formaque Ecclesiarum administrandarum Episcopis tra-

ORAZIONE LETTA

esset, opera ad Ecclesiae suae incolumitatem moliri ac, efficere constituisset, illum unum omnes auctorem atque effectorem prospicerent, et propterea ipsi honorem ac gloriam tantummodo tribuendam cognoscerent?

Quae aditus ad illum facilitas! Quae sermonis comitas; Quae in cuiusque rebus instituendis prudentia! Quanta in Catholicae fidei integritate conservanda, et amplificatione promovenda, quanta in labibus, si quae in Ecclesiasticam disciplinam irrepserant, abstergendis vigilantia!

Testes sunt Transylvani ab Ariana, et Ancyrani Galatiae ab Eutychiama haeresi ad Catholicam fidem traducti.

Testes Persarum Primos, veterisque Assiriae Patriarcha, Nestorianis erroribus et schismate eiuratis, in Romanae Ecclesiae sinum recepti. Testes Apostolicae litterae ad Ecclesiae disciplinam in pristinum splendorem restituendam vulgatae.

Digitized by Google

ORAZIONE PREPARATA

dita (21), ad quam si Pastores omnes mores suos exigerent, renovatam in Ecclesia praeclaram primerae illius aetatis imaginem videremus.

Praetereo quotidiana sacrificia ad Deum sibi, Christianoque populo, atque universo hominum generi propitiandum ab illo caste sancteque oblata (22), preces supplicationesque publicas indictas, Ecclesiae thesauros (23) reclusos. Taceo relatos in Beatorum caelitum numerum Franciscum Caracciolum spectatissimum Ordinis Clericorum Regularium Minorum parentem, et Paulum Buralium Episcopum Placentinum, tum Archiepiscopum Neapolitanum et S. R. E. Cardinalem (24), religiosumque aliorum cultum vel approbatum, vel auctum, vel propagatum (25); templa aut refecta, aut restaurata, aut pretiosis donariis (26) ad splendidiorem Dei cultum ornata, amplissimumque decretum, quo Clemens privilegium sanctae Domui Lauretanae a Leone X. datum et a Clemente VII, Paulo III, Pio IV, Gregorio XIII, Clemente VIII, et Benedicto XIV. confirmatum, omnino custodiendum edixit (27). Omitto Episcopales Sedes maximo populorum commodo et bono conjunctas, novosque Episcopatus constitutos (28), templum omni supellectile instructissimum, in quo sacris operarentur, et aedes, in quibus degerent, Gebennensi Episcopo, ejusque Capitulo et Canonicis Annesii tributas (29), Seminarium Ecclesiasticum Urbeveteri erectum, et reditibus stabilitum (30), subsidia domui in hae Urbe excipiendis, riteque instituendis hominibus, qui Christianae Religioni nomen dare cupiunt, paratae ad aes alienum dissolvendum, ac multo plures alumnos alendos suppeditata (31), et Academiae Theologicae privilegia ampliata (32).

Verum praetermittere silentio non possum, nec debeo instauratam, confirmatam

ORAZIONE LETTA

Praetereo relatos in Beatorum coelitum numerum Franciscum Caracciolum, praeclarissimi Clericurum Regularium Minorum Ordinis Parentem, et Paulum Buralium Episcopum Placentinum, mose Archiepiscopum Neapolitanum et S. R. E. Cardinalem, et religiosum aliorum cultum vel approbatum, vel auctum, vel propagatum. Taceo Templa aut refecta, aut restaurata, aut pretiosis donariis ornata.

Omitto Pontificium Diploma de Sanctae Domus Lauretanae privilegio datum, ac Templum, in quo sacris operarentur, omni suppellectile instructissimum, atque aedes,

in quibus degerent Gebennensi Episcopo eiusque Capitulo, et canonicis Annesii attributas; Seminarium Ecclesiasticum Urbevetere erectum et redditibus stabilitum, ac subsidia domui in hac Urbe excipiendis viteque iustituendis hominibus, qui Christianae Religioni nomen dare cupiunt, paratae, ad aes alienum dissolvendum ac multo plures alumnos alendos suppeditata.

Digitized by Google

ORAZIONE PREPARATA

et auctam, pristinam potentissimorum Regum cum Apostolica Sede officiorum necessitudinumque conjunctionem. Quanquam enim mirifica haec voluntatum conversio Supremo rerum omnium Moderatori, in cujus manu corda Regum sunt, et qui ea quocumque voluerit inclinat, accepta sit referenda, attamen ad Clementis quoque laudem pertinet. Nam Deus adsiduis potissimum ejus precibus lacrymisque exoratus tam optatum Ecclesiae suae munus contulit, atque ad illud conferendum Clementis industriam ac diligentiam tamquam instrumentum atque apparatum adhibuit. Etenim Clemens cum praestantissimos filios indulgentia et obsequio ad bene de Romana Ecclesia merendum alliciendos esse arbitraretur, in id ab inito Pontificatu toto pectore incubuit, ut Regum ac Principum animos omni officiorum genere sibi conciliaret (33). Hinc in suis ad illos epistolis ad infimas sepe preces descendebat. Hinc quidquid ab illis rogabatur, quod equitatem haberet, prolixe concedebat, nec ad eorum sibi benevolentiam comparandam aliquid etiam de jure suo remittere dubitabat. Hinc vix accepto de illorum aut adversis, aut prosperis eventibus nuncio, susceptos inde animo doloris. vel jucunditatis sensus ipsis communicabat (34), ut quanto rerum omnium, quae ad illos pertinerent, studio teneretur, perspicerent, publicisque supplicationibus indictis, ad templa Deum pro illorum salute atque incolumitate rogaturus, aut gratiarum actiones ei persoluturus convolabat. Hinc illorum Ministros, Consiliarios, Legatos in suam amicitiam admittebat (35), et maximis pro fide erga suos Principes industria, prudentia, et pro singulari in Romanam Sedem animo laudibus commendabat (36). Quare summo divinae clementiae dono

ORAZIONE LETTA

Digitized by Google

ORAZIONE PREPARATA

consequutus fuit, ut jamdiu interclusus ad aliquot Reges Legatis Pontificiis aditus pateret, Legatique ipsi eximiis honoris atque amoris indiciis exciperentur, urbesque ac provinciae a civili Romani Pontificis imperio distractae in ejus jura aec potestatem redirent (37), ac ipsae tanta apud Reges omnes ac Principes gratia et auctoritate valeret, quanta nemo memoriâ nostrâ valuisset (38). O admirabilem Dei bonitatem, qui *nunquam Ecclesiae suae presidium ac tutelam deserit; et si aliquando ut vigilantiorem, suaeque ac suorum incolumitatis studiosiorem faciat, agitari illam turbarique sinit, demum pacis ac tranquillitatis sue virtute omnem preteviti maroris molestiam abstergit*! O magnam Clementis precum et lacrymarum, firmaeque in Dei bonitate spei vim! O prudentissimum Purpuratorum Patrum, qui illum ad altissimum dignitatis gradum extulerunt, iudicium!

Cum igitur Clemens in imitanda Christi Domini humilitatis, mansuetudinis et lenitatis forma exemplo suo lucem omnibus praetulerit, cum Catholicam fidem conservaverit, ac latius propagaverit, cum Ecclesiae disciplinam restituerit, cum omnes Catholicos Reges ac Prinpes Apostolicae, Sedi devinxerit quidquid ab eo sibi Catholica Ecclesia pollicebatur, praestitit. Neque vero Ditionis Pontificiae optatis minus plene cumulateque respondit. Quid enim haec ab illo expetebat? Ut avulsas ab ea urbes, provinciasque reciperet? Potentissimis Regibus sua religione, sapientia, equitate, pacis cupiditate, et illius amore ipsum ad ineundam pristinam illarum possessionem ultro compellantibus, et tamquam sua manu inducentibus, recepit (42). Ut aerarium, nullo novo vectigali, tributo, portario imposito, augeret? Auxit sua parsimonia (43) et caritate qua ejus in

ORAZIONE LETTA

Verum praetermittere silentio nec possum nec debeo Episcopales Sedes maximo populorum commodo coniunctas, novos Episcopatus constitutos, formamque Ecclesiarum administrandarum Episcopis propositam ad praeclaram primaevae Ecclesiae aetatis imaginem revocandam, instauratasque ad Ecclesiae bonum (39) amicitiae, intimaeque coniunctionis vincula, quae alicubi in Catholico orbe temporum rationes ex parte dissolverant, cum evectus ipse ad supremum regimen fuit (40). Neque vero Ditionis Pontificiae optatis minus plene cumulateque Clemens respondit. Etenim eius Communitatibus et societatibus certam aeris alieni, quo gravabantur, dissolvendi rationem praescripsit, opificinas telis ex gossipio texendis pingendisque constituit, rem agrariam promovit, commercium amplificavit.

Digitized by Google

ORAZIONE PREPARATA

se onera suscepit (44). Ut tenuis fortunae homines veteribus vectigalibus, quae illorum inopiam premebant, levaret? Levavit (45). Ut Communitatibus et Societatibus certam aeris alieni, quo gravabantur, dissolvendi rationem praescriberet? Praescripsit (46). Ut offiicinas telis ex gossipio texendis, pingendisque constitueret, ne magna ad eas coemendas in exteras regiones auri vis exportaretur? Constituit (47). Ut annonam laxaret, rem agrariam promoveret, commercium amplificaret? Laxavit, promovit, amplificavit (48). Quid sapientissimas saluberrimasque Constitutiones, Edicta, Decreta, ac Chirographa de judiciis (49), de militia (50), de vectigalis viarii exigendi ratione (51), de animadversione in studiosos agrorum populatores (52), de pactis conventis Communitatum Ravennatis (53), ac Tudertine (54), cum Monasteriis quibusdam non eligendis, de custodiendo privilegio certos quosdam libros typis edendi Domui secundum Tiberim e regione Montis Aventini dato (55), de causis inopum, quibus a consanguineis et affinibus alimenta debentur, a Cardinali, qui Vicariam in Urbe Romani Pontificis potestatem gerit in his, quae ad Ecclesiae regimen pertinent (56), cognoscendis predicem? Quid veteribus incolis Serviliani ob solum, domosque fatiscentes patria extorribus novum oppidum, et oppido nomen datum (57), commemorem? Quid referam Academiam Ferrariensem in veterem dignitatis gradum, a quo decideRat, restitutam, Museum una colligendis admirandae antiquitatis vestigiis in Vaticanis aedibus incredibili studio excitatum (58), et Vaticanae Bibliotecae Musea Regum coequalium numismatibus, gemmis nummisque antiquis, fictilibus Etruscis signisque aereis locupletata, et litteratas papyros ornatu excultas? (59).

ORAZIONE LETTA

Quid sapientissimas saluberima sque Constitutiones, Edicta, Decreta et Chirographa de iudiciis, de militia, de vectigalis viarii exigendi norma, de animadversione in studiosos agrorum populatores praedicem?

Quid veteribus incolis Serviliani ob solum domosque fatiscentes Patria extorribus novum oppidum et oppido nomen datum commemorem?

Quid referam Musaeum servandis veterum monumentis, et antiquitatis admirandae vestigiis in vaticanis Aedibus, incredibili studio exitatum et Vaticanam Bibliothecam papyris, numismatibus, cimeliis ditatam? Hoc brevi dicam, nullam esse Pontificiae ditionis Provinciam, in qua illustria Clementis providentiae et munificentiae monumenta non extent.

Digitized by Google

ORAZIONE PREPARATA

Hoc brevi dicam, nullam esse Pontificiae Ditionis Provinciam, nullam urbem, nullum pagum, in quibus illustria Clementis (60) providentiae, ac munificentiae monumenta non extent.

Itaque cum ipse gregem divinitus curae suae creditum non coacte (61), sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed volutarie, neque ut dominans in Cleris, sed forma factus gregis ex animo pavisset, et gentem suam curasset (62), ubi mortem sibi proxime abesse sensit, non cohorruit animo, sed divina misericordia ac spe immarcescibilem gloriae coronam percipiendi (63) fretus, nullo gemitu, nulla maximos inter dolores, quibus discruciabatur, querela emissa, sacris omnibus Christianis summa religione susceptis, ad immortalis ac beatae vitae domicilium magno sui desiderio relicto, migravit. Quod si forte aliquid adhuc illi expiandum supererat quis tot obsecrationibus, sacrificiisque pro sempiterna ejus pace factis, ac Deiparae Virginis, quam ipse filiali semper observantia coluerat, Laurentii Martyris, parentisque sui Francisci, ac Josephi Cupertinatis, quorum dum hic viveret, presens apud Deum erga se patrocinium expertus semper fuerat (64), precationibus totum illud jamdiu condonatum fuisse non speret? Equidem confido illum in laetissimas Beatorum sedes evectum funebria haec ihsta tanta ei celebritate instaurata respexisse, ac pro tam eximio Tuae, B. P., Purpuratorum Patrum, omniumque hujus Urbis ordinum et Franciscanae Minorum Conventualium familiae, a qua ipse ad supremam Ecclesiae dignitatem tanta cum laude sustinendam institutus fuit, et cui maximum splendorem reddidit, erga se pietatis testimonio Deum O. M. orare, atque obsecrare, ut tibi Beatissimo Pio Papae et Domino nostro, sancte et universalis Ecclesiae Pontifici multos annos, et aeternam memoriam (65), ceteris fausta quaeque et prospera largiatur.

ORAZIONE LETTA

Cum igitur Clemens gregem divinitus curae suae creditum non coacte, sed spontanee secundum Deum et forma factus gregis ex animo pavisset, gentemque curasset suam, ubi Mortem sibi proxime abesse sensit, non cohorruit animo, sed divina misericordia fretus, ac spe immarcescibilem coronam percipiendi erectus, nullo gemitu, nulla maximos inter dolores, quibus discruciabatur quarela emissa, sacris omnibus Christianis summa religione susceptis ad immortalis ac beatae vitae domicilium migravit. Quod si forte aliquid adhuc illi expiandum supererat, quis tot obsecrationibus sacrificiisque pro sempiterna eius pace factis, ac deiparae Virginis, quam ipse filiali observantia coluerat, et Laurentii Martyris, Parentisque sui Francisci et Iosephi Cupertinatis, quorum, dum hic viveret, praeseus apud Deum erga se patrocinium expertus semper fuerat, precationibus ac meritis totum illud iamdiu ei condonatum fuisse non speret? Equidem confido Clementem a laetissimis Beatorum Sedibus funebria haec iusta tanta illi celebritate iustaurata respicere, ac pro tam eximiae destrae, EE. PP., omniumque huius Urbi Ordinum, qui tanta hac frequentia convenerunt, et Franciscanae Minorum Conventualium Familiae, a qua ad supremam Ecclesiae dignitatem summa cum laude sustinendam iustitutus fuit, et cui maximum splendorem reddidit, erga se pietatis testimonio, Deum Optinum Maximum orare et obtestari, ut Beatissimo Pio Papae et Domino vostro Sanctae et universalis Ecclesiae Pontifici multes annos et aeternam memoriam, ceteris fausta quaeque et prospera largiatur.

Digitized by Google

(1) S. AMBROSIUS *de Officiis Ministrorum* lib. III cap. XXII.

(2) CICERO *De Officiis* lib. I cap. II.

(3) Cum ob causam, in Monito duabus hisce Orationibus praeposito, oblatam Reverendissimo Patri Fratri Bonaventurae Bartolo, Supremo Ordinis Minorum Conventualium Praefecto, gravioribusque eiusdem Ordinis Patribus, et mihi ipsi visum fuisset minime decere ut Oratio haec publicis typis imprimeretur, supervacaneum duxi ex citationibus et adnotationibus Orationi Superiori adiectis illas exemplo huius Orationis subiicere, quae ad eius loca illustranda conferre posse videbantur.

(4) *Annal. Ord. Predicat.* to. I. pag. 362 seq., et WADD. *Annal. Ord. Minor.* to. I pag. 284 seq. edit. Rom. et alibi.

(5) Clemens XIV delatum B. Emiliae Bichieriae Moniali Ord. Predicator. cultum approbavit, ratas habuit vero ex eodem Ordine alumnorum ad Episcopales Sedes nominationes, et Congregationis deputatae, quae Dominicanos Scholis Collegii Germanici-Hungarici praeficiendos putaverat, Consultum confirmavit.

(6) Etenim ipse non modo me Kalendis Maji MDCCLXXIII sacro in Basilica Ss. XII Apostolorum celebrato, ad ejus pedes accedentem, eique exemplum editionis Opusculorum Ss. Ecclesiae Doctorum Thomae Aquinatis et Bonaventurae adversus Guillelmum a S. Amore ejusque asseclas eodem anno typis Generosi Salomonii a me curatae offerentem incredibili humanitate excepit, ac verbis amantissimi allocutus fuit, sed etiam Septembri mense ut alteri ex Theologicis Cathedris in Collegio Germanico Hungarico constitutis praeessem benigne indulsit.

(7) Summa mihi semper cum spectatissimis Ordinis Minorum Conventualium Patribus necessitudo fuit. Itaque cum Viterbii in Coenobio S. Mariae ad Gradus Theologiam docerem, ac in Templo S. Francisci solemne pro Canonizatione S. Iosephi Cupertinatis triduum habendum esset, Coenobii illius Praeses me delegit, ut extrema die panegiricam de Sancto illo Orationem recitarem: uti reipsa coram Amplissimo Praesule, provinciae Patrimonii Preside, et Excellentiss. Viterbiensis Urbis Conservatoribus recitavi, propositis Psalmi LXXX versiculi 6 verbis: *testimonium in Ioseph posuit,* contendens a D. O. M. nobis in S. Iosepho Cupertinate mortalem adhuc vitam agente firmum testimonium datum beatitudinis, qua Sancti post extremam corporum resurrectionem potientur. Praeiverunt autem mihi in ejusdem Sancti Viri gestis celebrandis praeclari Oratores Ioseph Longhius Cathedralis Viterbiensis Canonicus, et P. M. Fr. Paulus Antonius Lambertus Ord. Minor. Conventualium Definitor perpetuus, qui ea occasione multa mihi de quadam S. Iosephi Cupertinatis prophetia, qua nostra etate maximus Ordini Minorum Conventualium splendor accessurus predicabatur, et de Clemente XIV, tunc Laurentio Cardinali Ganganellio, narravit.

(8) S. CYPRIANUS *Epist. XLV* Operum ejusdem edit. Venetae MDCCXXVIII.

(9) Clemens XIV in Epistola Encyclica ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, et Episcopos Ecclesiae Catholicae. Roma MDCCLXIX ex Typographia Rev. Camerae Apost. pag. 5.

(10) Fr: Franciscus Albanus Episcopus Ostien. et Veliternus, Cardinalium Decanus, et Sereniss. Henricus Benedictus Maria Clemens Dux Eboracen. nuncupatus, Episcopus Tusculanus.

(11) In exemplo huius Orationis ex autographo meo summa fide ac diligentia descripto et ad Cardinalem Herculem Consalvium recognoscendi caussa misso (quod exemplum ad posterorum memoriam nostro eiusdem Orationis exemplo annectendum indicavimus) vox *duo* subiecta linea notata fuit, et in margine notata apposita; et, cum Oratio recitaretur, unus ex Eminentissimis Patribus qui in scamnis ad laevam Oratoris sedebat, alius a Cardinali Consalvio, clara voce, ita ut auditus ab Auctore fuerit, non duos sed unum tantum ex illis Cardinalibus superstitem esse pronunciavit Franciscum Carafam. Scilicet nec qui in exemplo vocem duo notavit, nec qui illud quod mox dixi, protulit, animadvertit hic non de Cardinalibus a Clemente XIV renunciatis sermonem fieri, sed de illis qui Laurentium Ganganellium ad Summum Pontificatum extulerunt.

(12) Consulantur Decreta Sac. Rituum Congregationis in *Bovinen.* Ven. Servi dei Antonii Luccii, et in *Senegallien.* sive *Esina* Ven. Servi Dei Angeli Antonii Sandreani.

(13) Clemens XIV in Allocutione habita in Consistorio secreto die XXIV Septembris MDCCLXX pag. III.

(13b) Scriptum fuerat: *ab omni fastu pompaque abhorrentem*, accepto nomine fastus eo sensu quo italice *fasto* pro *pomposa splendidezza* usurpatur. Cardinalis Consalvius τὸ *fastu* delendum existimavit, propterea quod superbiam elationemque animi etiam significat.

(14) S. CYPRIANUS *Epist. LV* edit. citatae.

(15) Clemens XIV in Allocutione habita in Consistorio secreto die VI Augusti MDCCLXX.

(16) Idem in Litteris, quibus Iubileum pro universis et singulis Christifidelibus in alma Urbe

Digitized by Google

degentibus ad implorandum divinum auxilium initio Pontificatus pro salutari regimine XI Septembris MDCCLXIX indixit.

(17) Idem in Epistola Encyclica citata in adnot. 9 pag. IV.

(18) Adeantur Decreta in noxios libros ejus auctoritate edita, maxime die 29 Septembris 1769, et die 13 Martii, ac die 9 Novembris 1770.

(19) Legantur Inscriptiones ejus feretro affixae, cum justa funebria in Vaticana Basilica eidem persoluta solemni ritu fuerunt, allate in Vita Clementis Italico sermone Florentiae vulgata pag. 87 et seq., quarum prima sic habet: *Transylvanos Arianam, Ancyranos Galatiae Eutychianam hereses, Primatem Persarum Nestorianorum dogmata abjurantes Romanae communioni restituit*: altera: *Simonem veteris Assyriae Patriarcham Nestorianum ad Romanae Ecclesiae sinum reversum sacro Patrum Senatui ingenti letitia declaravit.* De quibus cum quaesissem ab Illustriss. et Reverendiss. Presule Dominico Coppola Archiepiscopo Alyrensi et Sac. Congregationis *de Propaganda Fide* Secretario, haec accepi « Rilevasi dai Registri della S. Con« gregazione *de Propaganda Fide*, che nel Ponti« ficato della s. m. di Clemente XIV seguirono le « infrascritte conversioni. Nell'anno 1769 si rice« vette la profession di fede del Patriarca Mar-Elia « Nestoriano trasmessa alla Santità Sua dal Ve« scovo di Babilonia. Nel 1771 accettò la riunione « di altro Patriarca de Nestoriani Caldei per nome « Mar-Simone esposta con lettera dallo stesso Pa« triarca diretta alla Santità Sua. Nel 1772 con « Breve dei 12 Decembre di detto anno ad Elia « Patriarca eretico de Caldei lo animò a perfez« zionare la di lui unione colla Chiesa Cattolica. « Sotto l'istesso anno e giorno con altro simile « Breve diretto a Giosuè Vescovo Caldeo eretico « lo animò parimente all'unione colla Chiesa Cat« tolica. Nel 1773 l'Arcivescovo Armeno di Asclan « abiurò lo scisma, e se ne venne in Roma, ove fu « ben accolto e pensionato. Nel 1774 procurò la « conversione di Mar-Thomas Laico Mitrato nel « Malabar, ch'ebbe poi il suo felice effetto ».

(20) Huc pertinent Litterae ad Archiepiscopos et Episcopos per Sardiniae insulam constitutos datae die 21 Septembris 1769, et die XI Februarii 1771, et Litterae Apostolicae super Locorum Monachalium, seu Claustralium, et Officiorum Ordinis S. Benedicti in Galliarum regno suppressione cum opportunis ordinationibus anno MDCCLXXII III idus Iulii, et alie XX Decembris MDCCLXXI, quibus confirmavit Litteras Apostolicas de esu carnium Chartusianis Monachis interdicto.

(21) In Epistola Encyclica citata in adnotat. 9. pag. V.

(22) In notitiis de Vita Clementis XIV, quas P. M. Cajetanus Martinellius Ex-Assistens Generalis, et Pro-Secretarius Ordinis Minorum Conventualium a probatis testibus accepit, haec habentur « Diceva ogni giorno la S. Messa con somma di« vozione e compunzione. Questa l'applicava per « la Madre ed il Padre nella Domenica: il Lunedì « per il Re di Spagna; Martedì per il Re di Fran« cia; Mercoledì per l'Imperatore; Giovedì per il « Re di Portogallo; Venerdì per il Re di Polonia; « Sabbato per il Re di Torino, e tutta la settimana « pregava il Signore, e gli raccomandava caloro« samente la Chiesa, e lo Stato ».

(23) Die XI Septembris, XII Decembris MDCCLXIX, die XVI Martii MDCCLXXI, et alias

(24) In Vita Clementis XIV citata in adnotatione 17 pag. 87 duae hae Inscriptiones ejusdem Pontificis feretro appositae in Vaticana Basilica referuntur: *Paulum Arretium S. R. E. Cardinalem, Franciscum Caracciolum Congr. Cler. Min. Conditorem vita et miraculis claros rite Beatorum numero adscripsit*: tum: *Bonaventurae de Potentia Ordinis Minorum Conventualium viro pietate et innocentia eximio Beatorum publicos honores decrevit.*

(25) Consulito, si libet, Vitam Clementis XIV Pontificum Romanorum Vitis a Sandinio descriptis adiectam pag. 738 adnot. 17, et Decreta Sac. Rituum Congregationis ab eodem Pontifice approbata, ejusque jussu edita. Ego hoc loco illud unum indicabo, a Clemente XIV pro incredibili in S. Franciscum parentem suum pietate XI Septembris MDCCLXXI omnibus Ordinis Minorum Professoribus, et Monialibus S. Clarae concessum, ut celebrarent Officium Dedicationis Ecclesiae Assisiatis S. Francisco dicatae, quam ipse ingentibus donis locupletavit.

(26) Operum Philippi Bonamicii parte 2 pag. 249 haec legitur Inscriptio: *Clementi. XIV. P. O. M. Quod. Sodalitati. Ad. Templum. Incendio. Absumptum. Reficiendum. Plurimorum. Onexum. Q oad. Opus. Perficeretur. Immunitatem. Dederit. Quod. Ex Fisco. Apostolico. Quingentos. Nummos Aureos. Erogari. Iusserit. Quod Tumulandorum. Sodalium. Ius. Ut. Huc. Loci. Ex. Titulo. Equitii. Transferretur. Auctoritate. Apostolica. Permiserit. Ea-Que. Omnia. Praestiterit. Authore. Interprete. At-Que. Interventore. Dominico. S. R. E. Cardinali. Ursinio. Regis. Utriusque. Siciliae. Legato. Sodalitatis Ptarono. Sodales. Ipsi. A. M. P. D.*

(27) Moto proprio della Santità di N. S. Cle-

Digitized by Google

mente Papa XIV sapra il Privilegio concesso al Santuario di Loreto di poter procedere *manu regia* per la riscossione dei crediti al medesimo spettanti. In Roma MDCCLXXII. Nella Stamperia della Rev. Camera Apostolica.

(28) De his agitur in Vita Clementis XIV Vitis Romm. Pontiff. a Sandinio compositis adjecta pag. 737, et in adnotat. 13. 14. 15.

(29) Ibidem pag. eadem, et in adnotat. 16.

(30) Breve Sanctiss. D. N. Clementis divina Providentia Papae XIV super erectione Seminarii Puerorum Ecclesiasticae civitatis Urbevetanae Editum Romo MDCCLXXIV. Ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae.

(31) Ecce tibi indicem illorum subsidiorum ex libris dati et recepti Domus ejusdem jubente Amplissimo S. R. E. Cardinali Francisco Carafa ejus Domus Patrono, mihi traditum. « Sovvenzioni della « s. m. di Papa Clemente XIV alle Pie case de « Catecumeni di Roma, per dimettere li debiti « secchi, oltre l'annuo perpetuo sussidio di 3000 « sopra il Lotto, per supplire all'annuo sbilancio « d'entrata in seguito dell'apertura della sagra Vi- « sita Apostolica.

« 1771. li 27 Agosto somministrati . . 2175
« li 26 Settembre altri 2000
« 1772. li 8 Agosto gli fu applicata l'e- « redità Peretti gravata del peso di tre « vitalizi di 57 - 45, consistenti in un « censo, alcuni luoghi di Monti, e varj « crediti, qual eredità ascese non dedotto « il peso sudetto al capitale di . . . 5322 26.
« 1773 li 10 Marzo somministrati . . 0500
« E più li 23 Aprile provenienti da « spogli delle rendite della mensa Ve- « scovile di Ferrara vacante 0550
« In tutto . . . . . 10547 26.

Assignavit quoque eidem Domui predii, quod suppressa ab ipso Societas Iesu possidebat, appellati *Macao*, reditus percipiendos simul ac contributiones illius Societatis olim alumnis solvendae ex iis amplius non essent. Hospitali autem Domui S. Spiritus in Saxia tribuit XVI millia *scutata* Romana ad redimendum a Barberina familia frugiferum S. Marinellae fundum.

(32) Diplomate, quod incipit *Ex commisso* die XXVII Aprilis MDCCLXX. Romae ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae.

(33) Philippus Bonamicius in Oratione habita in ejus funere in Basilica Vaticana IV nonas Octobris MDCCLXXIV. Extat autem haec Oratio in volumine secundo Operum omnium Philippi et Castruccii fratrum Bonamiciorum Luccusium, quo in volumine eruditissimi Philippi Bonamicii Scriptorum pars altera continetur. Lucae MDCCLXXXIV typis Iosephi Rocchii pag. 114 sequentibus.

(34) Adeundae Allocutiones a Clemente XIV habitae in Consistorio secreto diebus XXIX Ianuarii MDCCLXXI, XI Novembris MDCCLXXI, et XVII Ianuarii MDCCLXXIV.

(35) Philippus Bonamicius in Orat. cit. pag. 123.

(36) Vide Allocutiones a Clemente XIV habitas in Consistorio secreto die XXIV Septembris MDCCLVX pag. 6. et 7, die XVII Ianuarii pag. 6. Romae ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae.

(37) Adeas, Allocutiones habitas die XXIV Septembris MDCCLXX, et die XVII Ianuarii MDCCLXXIV.

(38) Philippus Bonamicius pag. cit. id adnot. 33. Confer Vitam latinam Clementis XIV alias citatam pag. 735, seq.

(39) Haec periocha in exemplo Orationis, de quo in adnotatione secunda, desideratur. Etenim postea in Orationem illata fuit iussu saepe memorati Cardinalis Consalvii, qui eam italice Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici dictavit, cuius verba *non senza vantaggio di questa Santa Sede* cum latine reddidissem *non absque Sanctae huius Sedis emolumento*, nomen hoc ambigenti mihi suggerente laudato Sacri *Palatii* Apostolici Magistro, Cardinalis Consalvius verilus ne τὸ *emolumento* pro lucro acciperetur, haec suffici verba iussit: *ad Sanctae huius Sedis utilitatem*, quae deinde mandato Pii VII Pont. Max. deleta sunt, eorumque loco positum: *ad Ecclesiae bonum*.

(40) Locus hic ambiguus mihi visus fuit, et ambiguitatis causam Magistro Sacri Palatii Apostolici significavi, animadvertens verba: *cum evectus ipse ad supremum regimen fuit*, intelligi posse de tempore, quod paulo ante praecessisset Comitia, in quibus Supremum Ecclesiae Regimen Cardinali Gauganellio delatum fuit, contra ac fides historica posceret. Sed intactus mihi relinquendus fuit. De re ipsa haec Philippus Bonamicius in Oratione saepe a me cit. pag. 121: *Erant, quod non ignoratis, perturbata, erant plena timoris omnia. Videbatur obscuras quasdam suspiciones deferbuisse pristina illa benevolentia erga Matrem Filiorum charissimorum, et sanctissimum illud charitatis vinculum, quo Catholici Principes cum Summo Religionis Antistite adstringuntur, sin minus dissolutum, certe quidem magno cum bonorum omnium moerore relaxatum videri poterat.*

(42) In Allocutione habita in Consistorio secreto die XVII Ianuarii MDCCLXXIV pag. 7.

(43) In eadem Allocutione pag. 3.

Digitized by Google

(44) Vide Latinam Clementis XIV Vitam pag. 738.

(45) Cum ad aequandas erarii rationes annonae oleariae Prefectus, advecto ex Calabria oleo, suaderet, ut vectigal in oleum, quod aliunde Romam conveheretur, Pontifex Max. Clemens XIV imponeret, hic totidem aureorum millia de suo in aerarium contulit, quot ex vectigali percipienda putabantur.

(46) Paternae huius providentiae testis est Edictum *di sospensione dell'esigenza della gabella sul granturco, e minuti 26 Settembre 1769.*

(47) *Editto sopra l'estinzione de' debiti del Conto privilegiato delle Comunità.* In Roma MDCCLXXIII. Nella Stamperia della Rev. Camera Apostolica.

(48) Quantae curae haec, a quibus maxima civilis societatis felicitas pendent, Clementi XIV essent, ipse declaravit in Diplomate die 2 Augusti dato an. 1774, in quo « commendatam, inquit, Nobis una cum suprema Ecclesiae et Reipublicae « administratione omnium populorum Apostolicae « Sedis temporali dominio subditorum felicitatem « pro viribus promovere cupientes, sollicitis stu- « diis ad ea omnia, quae vel ad ubertatem, et agri- « culturae artem augendam, vel ad eorumdem sub- « ditorum industriam per publicum commercium « excitandam et promovendam pertinent, libenter « intendimus ». Hinc, ut auctor latinae ejusdem Pontificis Vitae scribit pag 738, Clemens *duos precipue portus in oculis habuit, Anconitanum scilicet, et Centumcellensem.* Verum quid ipse Anconae molitus sit, litterarum commercio ob temporis iniquitatem fere intermisso, ac praeclarissimis monumentis eversis, rescire non potui. Ex Civitate Vetula, que etiam Centumcellae ab aliquibus appellari solet, haec de Clementis XIV in eam urbem beneficientia ad me scripto perlata: « Essendo composto « il presidio di questa piazza di soli duecento cin- « quanta soldati con un solo Alfiere, Ajutante, e « Sottoajutante, l'accrebbe fino al numero di cin- « quecento, dei quali furono formate tre compa- « gnie, avendo ciascuna di queste il suo Capitano, « Tenente, ed Alfiere, e di questi anche i Sopra- « numerarj, per il che restarono impiegati i citta- « dini nel militare con onore e vantaggio delle « primarie famiglie. In tal tempo fu formata la « cassa delle giubilazioni sì per il militare, che « per la marina.

« Essendo divisi i quartieri de' soldati, ed an- « che scommodi, fece fabbricare un nuovo quar- « tiere dai fondamenti con grave spesa in forma « di sontuoso palazzo, e talmente vasto e reci- « piente che dà luogo non solo a mille soldati, ma « a tutti gli Officiali, Sergenti, Caporali con tutte « le loro famiglie anche numerose.

« I forzati di queste Pontificie galere ritrovan- « dosi ristretti, e quei, che avevano l'arte in mano, « imbarazzando la piazzetta, ove sono le baracche, « fece fare una piazza fra il molo, che conduce « in dette galere, e la cortina del baluardo Bar- « berini, acciò avessero non solo il comodo di la- « vorare, ma anche di vendere i comestibili, ed « altro.

« Fece erigere i due fortini, che guardano la « poppa delle galere con suo corpo di guardia « non solo per guardare con sicurezza i forzati sì « di giorno, che di notte, ma molto più per arre- « stare l'impero e la forza de' medesimi in caso « di ribellione.

« Fece erigere nell'ospedale delle galere la « nuova Cappella impellicciata di marmo, e fecevi « altre beneficienze.

« Fece accrescere di un nuovo braccio l'ospe- « dale de' PP. di S. Giovanni di Dio per uso de' « rognosi. Essendo l'antimurale di questo porto « molto danneggiato dalla parte di lebeccio, ed in « pericolo d'essere distrutto dalle onde impetuose, « che vi dominano, approvò l'invenzione de cas- « soni, che vi furono costruiti, e ripieni, quali ri- « pararono la parte esterna dalle onde impetuose, « e riempirono i grottoni, e scavamenti interni.

« Con suo Chirografo ordinò che si fabricasse « di nuovo la Chiesa di S. Francesco per comodo « ed ornamento della città. Ed in fatti dai fonda- « menti si è eretto il nuovo tempio con nuova Sa- « grestia, Coro e Campanile ornato con maestosa « facciata, ed ornato di stucchi eccellenti sì inte- « riormente che esteriormente. Poco avevaci asse- « gnato, sebbene concesse delle facilitazioni alla « nuova fabrica, quale restò incagliata per la sua « inaspettata morte, che gli tolse il tempo di sot- « toscrivere un piano di pingue assegnamento, che « sarebbe stato un mezzo di compirla con maggior « sontuosità della presente senza alcun aggravio « del Convento, e sarebbe stato una dote perpe- « tua per la medesima.

« Per facilitare il commercio di questa città « per terra con Toscana, e per il trasporto sicuro « delle merci in Roma stabilì la Posta, e con tal « mezzo i mercanti erano alleggeriti dalla spesa « di trasporto, e le loro mercanzie venivano tra- « sportate per terra con più sollecitudine e sicu- « rezza; che obligati a trasmetterle per mare oltre « la tardanza soffrono il pericolo di perderle.

« Con suo Chirografo istituì il mercato libero « nella piazza di S. Francesco nel giorno di Mer-

Digitized by Google

« coledì per beneficio di questa popolazione colla « presenza di un Deputato cospicuo. Ed in oltre « dichiarò Cittadini di primo rango gli Ecc.mi Sigg. « il Governatore delle armi di questa piazza, il « Castellano, il Capitan del porto, ed il Presidente « delle galere *pro tempore*, e con ciò nobilitando « quest'illustre Magistrato ».

(49) *Sanctissimi in Christo Patris et D. N. Domini Clementis divina providentia Pape XIV Constitutio, qua privilegia et facultates Auditorii causarum Palatii Apostolici confirmantur et ampliantur: cum nonnullis Ordinationibus.* Rome MDCCLXX. Ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae.

(50) *Moto proprio della Santità di N. S. Clemente Papa XIV per alcuni regolamenti e providenze sopra la milizia di Roma, e dello Stato.* In Roma MDCCLXX. Nella Stamperia della Rev. Camera Apostolica.

(51) *Schedola di Moto proprio della Santità di N. S. Papa Clemente XIV sopra il nuovo regolamento intorno alla esazione della tassa fissa delle Strade.* In Roma MDCCLXX. Nella Stamperia della Rev. Camera Apostolica.

(52) *Ordine circolare della S. M. di Clemente XIV di procedere criminalmente nelle cause de danni dati studiosi, e manuali per l'escuzione diretto all'E.mo Legato di Ferrara, e Prelati Governatori di Macerata, Viterbo, Frosinone, ed Ascoli sotto li 7 Luglio 1773.*

(53) *Sanctissimi D. N. Clementis divina providentia Papae XIV Breve, quo concordia inita inter Communitatem Ravennae, et quatuor Abbatias ejusdem civitatis probatur, et confirmatur.* Romae MDCCXXII. Ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae.

(54) *Sanctissimi in Christo Patris, et D. N. Domini Clementis divina providentia Pape XIV Litterae in forma Brevis confirmationis concordiae, seu transactionis inter Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupat. Conventus S. Fortunati civitatis Tudertin. ac Rectores Fabricae ejusdem S. Fortunati civitatis praefatae a Sac. Congregatione et R.morum S. R. E. Cardinalium Bono Reogimni Status Ecclesiastici praepositorum approbatae* Romae MDCCLXXII. Ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae.

(55) Brevi, cujus initium : *Cum sicut dilecti filii.* Die XI Maji MDCCXXI; cui subjicitur: *Editto sopra la privativa conceduta all'Ospizio Apostolico di S. Michele a Ripa di stampare, e vendere i libri ad uso delle Scuole inferiori. In Roma nella Stamperia della Rev. Camera Apostolica 1772.*

(56) *Chirografo della Santità di N. S. Papa Clemente XIV felicemente regnante concesso al Tribunale del Vicario di Roma.* In Roma MDCCLXXII. Nella Stamperia della Rev. Camera Apostolica.

(57) In Opere inscripto *Stephani Antonii Morcelli Inscriptiones Commentariis subjectis. Rome ex Officina Giunchiana majore MDCCLXXIII* pag. 273 num. CXXXII.

Clemens XIIII. Pont. Max. Veteribus. Incolis. Servilian
Ob. Solum. Domosque. Fatiscentes.
Patria. Extorribus
Novum. Oppidum. Et Oppido. Nomen. Dedit.

(58) Sanctissimi in Christo Patris et D. N. Domini Clementis divina providentia Papae XIV Constitutio, qua almum Studium Ferrariense novis legibus, institutis, immunitatibus restituitur, atque distinguitur. Romae MDCCLXXI. Ex Typografia Rev. Camerae Apostolicae.

(59) Ex Inscriptionibus funebri Clementis XIV feretro in Vaticana Basilica affixis una haec erat italice Vite ejusdem Pontificis alias citate pag. 86 descripta:

Servandis Veterum Monumentis
Museum De Suo Nomine Clementinum
Nuncupatum Magnificentissime
Adornavit Instruxit

(60) Ibidem altera inscriptio exhibetur

Ad Augendum Vaticani Palatii Splendorem
Bibliothecam Apostolicam
Papyris Numismatibus Cimeliis
Ditavit

Et in laudato Opere Inscriptionum Morcelli pag. 318 num. CLXXXXVII.

Clemens. XIIII. Pont. Max.
Hic. Bibliotheca. Vaticanae. Musels.
Regum. Coequalium. Numismata.
Gemmas. Nummosque. Antiquos.
Fictilia. Etrusca. Signaque. Aerea. Addidit
Litteratas. Papyros. Ornatu. Excoluit.

(61) Hujus providentiae illustre testimonium reddit vulgata eo Pontefice *Istruzione per i Visitatori, che si deputano dalla Sag. Congregazione del buon Governo alle Comunità dello Stato Ecclesiastico.*

(62) In Philippi Bonamicii Oratione citata commemorato splendidissimo Museo a Clemente XIV incredibili studio in Vaticanis Aedibus excitato, subditur « Testes etiam sunt permultae Eccle« siasticae Ditionis civitates Ferraria, Ariminum, « Assisium, ubi pulcherrima beneficentiae Principis « monumenta extant immortalitati consecrata ».

(63) S. Petrus Epist. 1 cap. V ver. 2 seqq.

(64) Vide *Allocutiones a Clemente XIV habitas in Consistorio secreto die XI Novembris MDCC LXXIV* pag VI, die XVII Ianuarii MDCCLXXIV pag. VII.

(65) Ex Acclamationibus Patrum in fine Concilii Tridentini.

Digitized by Google

SUPPLEMENTO BIBLIOGRAFICO
AL WADDINGO E ALLO SBARAGLIA

Continuazione: vedi vol. prec. pag. 138.

Pag. 292. col. 2. in **Francisco Ximenio Gerunden.** lin. 20 post cit. *Orlando* add. — sine nomine typographi, qui est primus liber in ea urbe cusus ex Panzer Annal. Typogr. to. 1. pag. 440. n. 1. et Lugduni an. 1486. fol. typis Regiis ex eod. p. 534. n. 53. Prodiit et hispanice Barcinonae per Io: Rosembach de Haydelberch 1494. in fol. ex eodem.

Ibidem 5 lin. 28. post *an. 1490.* add. — in fol. per eumdem Fridericum de Basilea hispanica, ex cit. Panzer. to 4. Supplem. pag. 266. n. 3.

***

Pag. 292. col. 1. lin. 26. in **Franc. Ximenio Gerunden.** post *depravatum fuisse* add. — *Francisci Ximenii de regimine Principis* hispanice Valentiae an. 1484 in fol. per Lambertum Palmart ex Panzer to. 2. pag. 58. n. 7.

Ibid.[2] col. 1. lin. 48. post *an. 1509.* add. — Editio Granaten. an. 1496. in fol. a Fabricio refertur ad annum 1486. ex Panzer Annal. rypogr. to. 1. pag. 446. n. 1., quam et dicit constare *libris 6.* Prodiit et ibidem hispanice typis Mainardi Ungut studio Dni Fr Ferdinandi de Talavera primi Archiepiscopi Granaten. ex eodem to. 4. pag. 331. Supplem.

Ibidem[3] lin. 60. post *ab eodem* add. — *De vita D. N. Jesu Christi* libris 8. Valentiae an. 1484. in fol. ex cit. Panzer to. 3. pag. 59. n. 9.; et dialecto Valentina ibidem 1469. ex p. 61 n. 32.

***

Pag. 295. col. 1. in **Gabriele Bruno** lin. 1. add. post *de Pror. S. Antonii* add. — Anno 1491. electus fuit Inquisitor in Provincia S. Antonii, annoque 1488. erat Minister Provinciae Terre Sanctae, quo in munere anno 1493. electus est Commissarius Provinciae Dalmatiae cum plenitudine potestatis a Francisco Sansone Ministro Generali ex eodem Regesto Ordinis.

***

Ibid. col. 2. in **Gabriele Sabro** lin. 46. post *et trans Alpes* addatur — Fuit Parisiensis origine, Avenionensis, tum Genuensis Cunobiorum alunnus, Minister Provinciae S. Ludovici ad 9. annos, et Provinciae Genuen. 3. annos, Visitator Generalis Ultramontan. 7. annos, ut ipse sua manu notavit in Arch. Procurat. General., et ex Regesto Ordinis.

***

Pag. 299. col. 1. in **Gargano Senensi** lin. 9. post *de Ghigiis.* add. — *Magister Gallanus de Senis* anno 1504. institutus est *Lector Regens sacri conventus S. Crucis de Florentia* in Capitulo Gener. Trecis celebrato ex Actis in Arch. Ordinis.

***

Pag. 300. col. 1. in **Gaspare Franchi** lin. 7. add. — Ejus electio in Ministrum Terrae Sanctae est 14. Maji 1641. ex Reg. Ord. fol. 78., ubi et fol. 145. sub die 28. Novembr. 1642. ei permittitur, ut typis committat tractatum cui titulus.

Syllogistica methodus commoda studentibus universis. An idem cum *Logica parva?*

***

Ibid. col. 2. in **Gaspare Sasgero** lin. 27. post *an. 1522. in 4.* add. — mense Martio in Aedibus Adae Petri, et Coloniae forsan eodem anno apud Io: Soterem typis Gottefridi Hottorpii, ex Panzer Annal. Typogr. to. 6. pag. 232. n. 437 et pag. 387. num. 369.

Ibid. lin. 33. post *Continuator* add. — Eam refert et Panzer. cit. pag. 199. num. 180.; scriptaque est adversus *P. Bonifacium* (de Ceva) *Provinciae Franciae Ministrum,* de quo in Supplemento pag. 182., missaque *Gilberto Nicolai Ord. Fratrum. Minorum Gener. Vicario* epistola data Basilee 3. idus Augusti an. 1516.

***

Pag. 303. col. 2. in **Georgio Benigno** lin. 41. post *ejusdem declaratur* add. —; ibidemque Romae *Lector Regens* institutus est in Capitulo Generali Trecis celebrato an. 1504. ex Actis in Regesto Ordinis.

Ibid. lin. 50. post *Urbetinum Risalitum* add. - Eam editionem habet et Panzer Annal. Typogr. to. 1. pag. 429. n. 24. tit: *Georgii Benigni Salviatis de natura caelestium spirituum, quos Angelos vocamus libri IX.*; quos

Digitized by Google

misit *ad illustrem, atque religiosum Epidaurinum, seu Rhacusinum Senatum* ex eodem to. 4. pag. 315. num. 240. in Supplem.

Ibid. lin. 63. post *stiloque compositum* add. — *Georgii Benigni de Salviatis Ord. Minor. Dialectica nova secundum mentem Thomae Aquinatis ad optime in dolis adolescentes Iohannem Sedis Apostolicae Prothonotarium, ac Ma: Petrum magnanimi viri Laurentii Medicis filios.* Florentiae 1488.. et iterum ibidem an. 1498., in 4. absque nomine Typographi, ex Panzer Annal. Typograph. to. 1. pag. 415 n. 97. et pag. 428. n. 237.

Pag. 305. col. 2. lin. 22. post *Drobotik* add. —; sed parte interiore operculi Regesti Ordinis. quod incipit ab anno 1491. ad 1494. notatum habetur: *Magister Georgius est de burgo, qui dicitur Argentina, in provincia Bosnae, quem Turci occupant.*

Ibid. lin. 56. add. — *De D.no Fratre Georgio Benigno Ordinis Minorum Episcopo primum Calliensi, postremo Archiepiscopo Nazareno, et Episcopo Cannensi* Commentarium reliquit ms. Franciscus Antonius Benoffi Pisaurensis Inquisitor Patavii, typis committendum in Serie *Episcoporum Ordinis Seraphici.*

***

Pag. 307. col. 2, in **Gervico Haverland** lin. 63. add. — Obiit anno 1547.

***

Pag. 310. col. 1. in **Gometio** lin. 22. post *Metaphysice* add. — Prodiit et in fol. absque loco, et anno *ad Anselmum Mejam Mantuanum* ex Panzer Annal Typogr. to. 4. p. 115. n. 368.

Ibid. col. 2. post lineam 4. add. —

In Capitulo Gener. Trecensi an. 1504. *Magister Gomentius Yspanus* factus est *Lector Regens Conventus Papiae* ex. Actis in Regesto Ordinis.

***

Pag. 311. col. 1. in **Gratiano Briziano** post lineam 46. add. —

In Regesto Ordinis an. 1493. die 30. Iunii pag. 79. dicitur *Minister Cretae*, obieratque die 13. Octobris 1505., quo die M. *Alberto de Bononia conceditur camera quondam mag Gratiani de Brixtia, que est sita in secundo claustro ibi in Conventu Bononiae, et est secunda* etc. ex Reg. Egidii Delphini Gener. Ministri pag. 276., et pariter eodem die et anno *conceditur Fr. Augustino de Brixia camera quondam Mag. Gratiani de Brixia que est in capite dormitorii in Conventu Bononiae.* ibidem.

***

Pag. 313. col. 1. in **Gregorio de Preyocho** lin. 51. post *SS. XII. Apostolorum* add. — et iterum iisdem typis an. 1512. ex Panzer Annal. Typogr. to. 6. p. 55. n. 244.; et antea ibidem an. 1504. typis Io: Schotti in 4. tit. *Georgis Reisch generosi Comitis de Zolen alumni Margarita Philosophica*, ex eodem p. 31. n. 44., et alteram vetustiorem refert. editionem to. 1. p. 459. n. 13. factam Heidelberge 3. Kal. Ganuarii an. 1496. tit: *Gregori Reischii Ord. Carthus Margarita Philosophica.* Excludendus itaque hic est a Scriptoribus Franciscanis. (v. infra.

***

Pag. 315. col. 2. in **Guidone Bonatto** lin. 62. add. — Editio Augustana habet tit: *Guido de Bonatus de Forlivio Decem continens tractatus astronomiae;* et in fine: *Magistri Joannis Angeli viri peritissimi diligenti correctione, Erhardique Ratdolte viri solertissimi eximia industria, ac mira imprimendi arte, qua nuper Veneciis, nunc Augustae Vindelicorum excellit, nominatissimus. Sept. Kal. April. MCCCXXXXI.* in 4. ex Panzer Annal. Typogr. to. 1. p. 119. n. 109.

Floruit Friburgi in Brisgovia illius Carthusiae pluribus annis Prior, compilavitque etiam Statuta sui Ordinis. Fuit preceptor Joannis Ekii; annoque 1519. astitit Maximiliano Imperatori 12. Januarii animam agenti, ex. Tromby Annal. Charthusianor. to. 9. pag. 257. 306. 362.

***

Pag. 317. col. 2. lin. 22. in **Guglielmo Bodivid**, al. pag. 728. col. 2. in add. et corr. add. —

Sermo habitus in Missa Papali (Romae 1485) *in die Trinitatis anno 1. Innocentii octavi per sacrae Theol. Doctorem Mag. Guglielmum Bo-*

Digitized by Google

divit Ord. Minorum, editio duplex, utraque in 4. refertur a Panzer Annal. Typogr. to. 2. pag. 485. n. 370.

***

Pag. 370. col. 2. in **Guglielmo Forleo** lin. 62. add. —; antea vero prodierat *Comment. in 4. libros Sent.* an. 1484. Lugduni ex Panzer. to. 1. Annal. Typogr. p. 535. n. 39.

***

Pag. 321. col. 1. lin. 10. post *Mediolani* add. —; et post annum 1480. et Paduae impressum colligit Panzer Annal. Typogr. to. 2. p. 378. n. 97. ex nomine Typographi; qui etiam aliam refert editionem in 4. absque loco et anno to. 4. pag. 205. n. 1250.

***

Ibidem. col. 2. in **Guglielmo a Gouda** lin. 67. add. — *Expositio mysteriorum Missae, et verus modus rite celebrandi* prodiit Argentinae in 4. per Io: Knoblouch absque anno ex Panzer Annal. Typogr. to. 6. p. 128. n. 893.; Coloniae in 4. absque anno per Henricum Quentell ex eodem to. 1. p. 340. n. 474.; et pariter sine nota anni typis Martini Herbipolen. qui imprimebat Lipsiae sec. XV. ex eodem to. 4. pag. 500. Supplem.

***

Pag. 326. col. 2 in **Guglielmo Occham** lin. 7. post *libris praefixa* add. — Prodierunt quoque *in 4. libros Sententiarum* Lugduni iisdem typis an. 1496., et iterum 1497. in fol. ex Panzer Annal. Typogr. to. 1. pag. 549. n. 159., et pag. 552. n. 181. *Scriptum super libr. 1. Sentent. Guilelmi de Ockam* an. 1483. in fol. ex eodem to. 4. p. 32. n. 243. sine loco.

Ibid. lin. 50. post *ejus Opusculis* add. —; et antea ibidem an. 1496. ex cit. Panzer. to. 1. p. 549. n. 157.

Pag. 327. col. 1. lin. 15. post *Biblioth. mss.* add. — Sed *Dialogus* ejusdem prodiit. Lugduni typis Io: Trechsel an. 1495. in fol. ex Panzer to. 1. pag. 547. n. 138.; et iterum an. 1498. ex pag. 553. n. 199.

Opus nonaginta dierum correspondens sexto tractatui Dialogi M. Guilelmi de Ockam in quo de gestis Fr. Michaelis de Cesena Magistri Generalis Ordinis Minorum disseritur *adjunctis in fine Epistolis ejusdem. Fr. Michaelis.* Lugduni an. 1495., et iterum 1496 in fol. typis Io: Trechsel ex eodem pag. 547. n. 139. et p. 549. n. 158.

Compendium errorum Io: PP. XXII. Lugduni iisdem typis an. 1496. in fol. ex eodem pag. 549. n. 161.

Ibid. col. 1. post lineam 67. add. —

Centiloquium ejus *Theologicum* prodiit Lugduni an. 1494., 1495., 1496. in fol. typis Trechel teste eodem.

Ibid. col. 2. lin. 47. add. — Sed antea prodierat *Summa totius Logicae* castigata etc. Bononiae an. 1488. in fol per Benedictum Hectoris Bononien. in fol ex. cit. Panzer to. 1. pag. 235. n. 242., iisdemque tipvis an. 1498. ex to. 4. p. 251. n. 242. in Supplem. Ejusdem *Logica* Parisiis an. 1488. in fol. in vico clauso Branelli. ex to. 2. p. 290. n. 147.

Expositio ejus *super totam artem veterem* prodiit Bononiae per Benedictum Hectoris an. 1496. in fol. ex Panzer to. 1. pag. 232 an. 217.

Pag. 328. col. 1. lin. 10. post de *Achillinis* add. — tit. *Ven. Inceptoris Guilielmi de villa Hoccham Angliae Summulae in libros Physicorum.*

***

Pag. 328. col. 2. lin. 7. add. —

Guglielmus Paraldus. ut puto. Italus. edidit Opus tit:

Summa aurea de virtutibus, et vitiis in 4. in cujus fine habetur: *Imprimi fecerunt his pulcherrimis litterarum characteribus Angelus, et Iacobus de Brittanicis de Pallazzolo fratres. In alma civitate Brixiae. die 24 Decembris 1494.* apud Panzer to. 1. Annal. Typogr. pag. 253. n. 80., qui citat Maittaire pag. 578., Braun to. 2. p. 257., et Biblioth. Heiddeg.

***

Pag. 330 col. 1. lin. 11. add. —

Guglielmus Saphonensis edidit librum tit.

Epistolandi modus typis Arnoldi de Colonia in 4. Lipsiae absque anno, sed seculo XV. ex Panzer Annal. Typogr. to. 1. pag. 501 n. 291., qui dicit accepisse ex Mittaire Ind. 11. App. pag. 528., et Leich

Digitized by Google

p. 100. An *Supronienſis* a Supronio Hungariae oppido, deinde extitit *Petrus a Supronio.* de quo in Supplemento col. 1. pag. 609.

***

Pag. 331. col. 2. in **Gulielmo Tomsoni** lin. 10. post *nomen occurrit* add. — Minister Provinciae Angliae titularis declaratus est an. 1642. die 28. Novembris a Ministro Generali jussu Urbani VIII. *intuitu laborum in dicto Regno Angliae laudabiliter peractorum per spatium 30 annorum*, ut habetur in Regesto Ord. tit. *Prov. Angliae* fol. 79. Obiit die 2. Octobris an. 1654.

***

Pag. 338. col. 1. in **Henrico Herpio** lin. 26. add. — *Speculum aureum X. praeceptorum* prodiit et Norimbergae an. 1481. in fol. per Antonium Koburger, et Argentinae an. 1486. in fol. ex Panzer Annal Typogr. to. 2. p. 136. n. 83., et to. 1.

Ibidem lin. 28. post *cit Orlando* add. — *Sermones de tempore, de Sanctis, de tribus partibus poenitentiae, de adventu Domini ad judicium.* Hagenoae per Henricum Gran an. 1509. in 4. et antea Spirae 1484. in fol. per Petrum Drach, et antea *Sermones de tempore, de Sanctis, et 3. partibus penitentiae* an. 1480. in fol. absque nota loci. ex Panzer cit. to. 7. p. 75. n. 62., to. 3. p. 23. n. 24.. to. 4. p. 24. n. 162.

Ibidem lin. 68. post *an. 1611. in 4.* add. — *Henrici Arphii de Theologia mystica, et speculativa, ac precipue affectiva, quae non tam lectione juvatur, quam exercitio pietatis obtinetur, libri 3.* Antuerpiae an. 1513. in 8. per Henricum Eckertanum, et Coloniae an. 1530. in 8. ex Panzer. to. 6. p. 5. n. 20., et p. 413. n. 596. Eam theutonicam fecit Anselmus Hoffman Strict. Observ. Provinciae Colonien.

Ibidem col. 2. lin. 22. post *est ostensum* add. *Directorium montecplatirorum cum tractatu de effusione cordis.* Coloniae per Io. Landen an. 1509. in 8., cui additum est *Rosarium gloriosissimae Genitricis Dei*; nescio an ejusdem autoris, ex Panzer. to. 6. p. 368. n. 188.

Explicatio succinta, et perspicua 9. rupium Susonis. Coloniae an. 1533. in 8. ex eodem. to. 6. pag. 427. n. 731.

***

Pag. 345. col. 1. in **Hieronymo Gadio** lin. 64. add.

Anno 1505. die 11. Iulii *Fr. Hieronymus de Gazo licentiatur* ad Magisterium ex Reg. Egidii Delphini Ministri Gen. in Arch. Ord. tit. *Prov. Bononiae*; et ibidem pag. 156 tergo *conceditur Magistro Geronimo de Gadio camera in Conventu Bononiae, quae fuit olim magistri Gratii de Brixia, si fuerit concors cum fre Rodulpho. Romae X. Ianuarii 1 5. 6.* leg. 1506. Agit de eo Fantuzzi in Biblioth. Bononien. to. 3., qui dicit grecae, hebraicae, et chaldaicae linguae peritum, cujus *Commentar. in Quolib.* prodiisse an. 1513. Forsan bis idem argumentum tractavit

Quaestiones de praescientia Dei Magi H. G. Bon. scripsit F. Giuvenalis Portio e Conventu Fossani Ord. S. Francisci anno D.ni 1526. die Ianuarii ms. in Bhiblioth. Academ. Bononien. ex. cit. Fantuzzi, qui dicit forsan legendum *Magistri Hieronymi Gadii Bononien.* Ei, et *Laurentio Spathae* in Coenobio sui Ordinis sequens *epitaphium* erectum est relatum ab eodem to. 4. pag. 12.

D. O. M. (Hieronimo Gadio) qui Metaphysicam Theologiamque pubblice XVII (*leg.* XXII) annos professus est Bononiae | utiliter et honorifice | ac pariter Laurentio Spathae | Gadii successori | tum ascito ad Episcopatum | cum supremam gessisset | Ordinis Minorum Conventualium praefecturam | utrique sane Bononiensi | et de studiosis benemerito | Iulius Magnanus Placentinus | Ordinis Minorum Conventualium | gratitudinis ergo p. MDLIII.

***

Pag. 350. col. 2. in **Hieromyno Pallanterio** lin. 66. post *positum* add. — Magistri lauream accepit an. 1560. ex Reg. Ord. fol. 39;, obiitque 25. Augusti ex Fantuzzo in Biblioth. Bononien. Orationem habuit:

De dignitate sacrae Theologiae, et de aliis disciplinis ad ejus usum, et servitutem reducendis. Papiae, in suo ascensu ad Cathedram Theologicam illius Universitatis circa annum 1567., et jam impressam. Alteram similem Orationem habuit Patavii an. 1587. in simili eventu adhuc ineditam; ex mo-

Digitized by Google

num. synchronis mss. in Arch. Procurator. Gener. Ordinis.

Synodum Dioecesanam celebravit, cujus decreta edita sunt an. 1610.

Commentaria in catechismum Romanum etc nunc extant Romae apud SS. XII. Apostolos in Biblioteca Consultoris S. Officii. Vide in Supplem *Io: Cerretus.*

***

Pag. 355. col 2. in **Hieronymo Verato** lin. 52. post *SS. Apostolos* add. — electus Taurini die 13. Octobris.

***

Pag. 356. col. 1. in **Hieronymo Urbani** lin. 48. pro *1584.* corrigatur — 1581., quod munus gessit per annos 12.

***

Pag. 363. col. 1. in **Hugone de Prato** lin. 22. post. *in nostra Bibliotheca* add. — *Ugo Pancera dell'Ordine di S. Franceso della vita attiva, e contemplativa con alcuni Tractati del B. Frate Iacopone,* prodiit Venetiis absque anno in 4. per Nicolaum Brenta ex Panzer to. 3. pag. 500. n. 2830.

Ifidem lin. 52 post *commendat* add. — Habentur etiam ejus *cantica*, et *versus spirituales* in Bibliotheca Vatic. num. 7824. cod. membr. in 12 pariter post illa B. Iacobi de Tuderto, tit: *Compilata a Fr. Ugone Pantiera Ordinis Minorum*: quorum 1. est: *Qualiter anima per assiduam meditationem passionis Christi perducitur ad statum altissimae contemplationis;* incip. *O Xpo amor dilecto* Quo cantico finito, et paucis interjectis alterius cujusdam versibus, sequitur: *Hanc laudem, ut dicitur, fecit fr. Ugo Pantiera Ordinis Minorum. Qualiter anima unita cum Xpo admirans ad quantam humilitatem descendit propter eam, desiderat fatua reputari propter ipsum;* incip. *Si fortemente son tratto d'amore di yhu redemptore.* III. *De qualitatibus, et efficientiis consummati amoris;* incip; *Consumato amore la tua forma gentile.* IV. *Qualiter anima, que cecidit a gratia Dei per peccatum, recurrit ad Xpm, et ad matrem ejus pro venia,* incip: *Signor mio io vo languendo.* V. *De ypocrita, qui se simulat spiritualem exterius:* incip: *Molto molto mi son dilungato.* VI. *Qualiter per virtutes cardinales. et amoris fervore curatur vitium gulae*; incip: *Or venite in cortesia.* VII. *De altissima humilitate, et sui vilitate in tribulationum, et abjectionis amore*; incip: *Chi vuol trovare amore ah umilj il suo core.* VIII. *Qualiter homo debet animari ad faciendam paenitentiam ex consideratione mortis;* incip: *Non tardate peccatori.* IX. *Qualiter appetitus corrumpunt mentem, nisi refrenentur, et faciunt animam devenire in servitutem vitiorum*; incip: *Mutato an vesta alupini negli panni pecorini.* X. *Qualiter anima devenit in servitutem carnis: et qualiter recedit a vitiis, et venit ad servitutem Xpi;* incip: *Nullo uomo si sa mai ben confessare* etc.

***

Pag. 366. col. 1. in **Iacobo Balneo** post lineam 45. add. —

Scripsit et aliud Opusculum italico carmine tit.

Lo septenario; cujus in fine legitur haec epigraphes: *Finisce lo Septenario composto per religioso fratre Jacobo Bangese del Ordine de sancto Francesco stampato in Aquila MCCCCLXXXII.* in 4. ex Panzer to. 1. Annal. Typogr. pag. 16. n. 3. *Septenario di Frate Jacobo Bangese, operetta chiamata dall'autore Septenario, perchè ha per soggetto varie cose, che hanno al numero di sette per esempio son secti i sacramenti* etc. an. 1482. charactere Adam Rothwill. in 4. ex eodem to. 4. in Supplem. p. 219. n. 2

***

Ibidem col. 2. in **B. Iacopo de Tuderto** lin. 17. post *tres gradus etc.* add. — *Cantica, sive laudes sancti fr. Jacobi de Tuderto de Ordine Fratrum Minorum* habentur mss. in Biblioth. Vatic. num. 7824. cod. membr. in 12.; suntque Cantica 102. Incip. *Quomodo anima conqueritur de Deo desuper ardenti caritate in eam infusa. Canticum, sive laus prima. Amor di caritade perchè m'ai si ferito lo cor;* quod *Canticum* Waddingus simul cum altero incip. *In foco l'amor mi mise* putavit esse S. Francisci, et inter illius Opuscula edidit; sed errorem Waddingi detexit, refellitque simul erudite Ireneus Affò Regul. Observ. peculiari dissertatione edita Guastallae 1777., in qua utrumque *Can-*

Digitized by Google

ticum B. Jacobo de Tuderto vindicavit. Post *cantica* in dicto codice ponitur index, in cujus fine legitur: *Post istas* (laudes) *quaere, et invenies plures.*

***

Ibidem lin. 31. post *in appendice* add. — Prodierunt autem primo Florentiae typis Francisci Bonacorsi anno 1590. in 4. tit. *Incominciano li Cantici, overo Laude del beato frate Jacopone de Benedecto da Todi dell'Ordine de Frati Minori, cioè li Cantichi, overo Laude della Beata Vergine Maria, ed altre rime divotissime* ex Panzer Annal. Typogr. to. 1. p. 416. n. 113. Nonnulli ejus *Tractatus* prodierunt cum tractatu *de vita activa, et contemplativa* Hugonis de Prato, de quo supra, Venetiis. per Nicolaum Brenta absque anno, ex eodem to. 3. p. 500. n. 2830.

Ibidem lin. 55. post *audivi coeperint* add. — Habetur Rhythmus *Stabat Mater dolorosa* et in Biblioth. Magliabecch. n. 1008. col. VII. mss., et nunc num. 638. Indicis Bibliothecae Strozzianae Florentiae ex Bonsio Pio Bonsi Ecclesiae Metropolit. Florentinae Praeposito pag. 319. *Versionis litteralis hymnorum sacrorum nuper impressa.*

Ibidem. lin. 67. add. — *Dicta Fr. Jacobi de Tuderto, et primo de signis karitatis. Ego examino me ipsum* etc. *Quod homo debet se reputare vilem, et abjectum, quia sic est in veritate. Homo debet sic profunde in oculis* etc. *Quod homo debet se odio habere, et ab aliis odio haberi velle. Sicut amor sui est causa, et radix omnium vitiorum* etc. *De triplici statu animae* etc. ut apud Waddingum, habentur in Biblioth. Vatic. citato cod. 7424.

Pag. 367. col. 1. lin 7. add. — *Tractatus utilissimus, ac sufficientissimus fratris Jacobi de Tuderto, qualiter homo potest pervenire cito ad cognitionem virtutis, et perfecte pacem in anima possidere;* incip: *Quicumque vult ad veritatis cognitionem brevi, et recto tramite pervenire* etc. extat in eodem codice Biblioth. Vatic. Sed iste tractatus adscribitur etiam *Fr. Ricerio de Mutia* discipulo S. Francisci, de quo infra.

***

Pag. 368. col. 2. lin. 25. add. — **Jacobus Carnevali** Carpensis Italus Regular. Observantiae edidit Opusculum tit. *Iacobina, sive interrogatorium perutile pro animabus regendis.* Parmae an. 1535. typis Antonii de Viottis in 4., ex Tiraboschio Biblioth. Mutinen. to. 1. pag. 407.

***

32. (c. 81^{r} - 83^{v}) [*In nativitate Domini*]. Tres Christi nativitates reperis iuxta tria evangelia que hodie in tribus missis leguntur. Quarum prima dicitur superna et eternalis: Jo. 1^{0} In principio erat verbum. 2^{0} intrinsica et mentalis, Jac: In quacumque hora anima a peccatis emendatur *etc.* 3^{0} divina et temporalis, de qua hodie de Maria nasci voluit; de qua loquitur nobis angelus dicens: natus est. Circa filii dei temporalem nativitatem duo habemus videre *etc.*

33. (c. 84^{r} - 86^{r}) [*De sancto Stephano protomartyre*] Stephanus plenus spiritu sancto intendus in celum vidit gloriam *etc.* Act. 6. Hec est differentia inter amico

Digitized by Google

Dei et amicos mundi. Nam amici huius seculi non sunt *etc.*

34. (c. 87r - 89r) [*De beato Francisco Assisiensi*] Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Gen. 1°. Sapientia volens aliquem sanctum laudare, aliquando ipsum assimilat soli, aliquando lune, aliquando stellis; sed agnoscens excellentiam beati Francisci qui perfectissime vestigia Christi secutus est, eundem assimilatur Christo, dicens: faciamus hominem *etc.*

35. (c. 89v - 92r) *La cepollina.* Dixit dominus paralitico: Confide filii, remittuntur tibi peccata tua. Mat. 9. Secundum sententiam Bede presbitèris, Primo ut iustis ut premia per penitentiam augeatur. In quibus verbis tria tanguntur: 1° gravitas morbi, idest dixit yhesus paralitico; 2° benignitas medici, idest, confide fili.; 3° efficacia remedii, idest remittuntur tibi peccata tua *etc*

Dal codice XXIX di Capestrano (1).

36. (c. 1r - 1v) *Dominica 23* [*post Pentecosten*]. Confidimus in domino yhesu Christo, quia qui cepit in nobis opus bonum perficiet usque in diem Christi yhesu. Ad Philip. c. Circa quod tria: in quo sit confidendum, idest confidimus in domino yhesu; de quo sit confidendum, idest qui cepit nobis: ad quem finem sit confidendum, usque in diem Christi yhesu *etc.*

37. (c. 2r - 3r) *De sancto Martino.* In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum. Eccl. 45. Notantur in his verbis status tres salutares: ad se,in fide militari; ad proximum, in lenitate monachali; ad deum, sanctum fecit illum pontificali. In prima veritate fundata *etc.*

38. (c. 3v - 4v) *Dominica 24.* Nostra autem conversatio in celis est. Philipp. 3. Tria genera salvantur, videlicet:

Coniugati	Activa vita	In activa
Vidui vel in	Rectiva	vita hec tria
Virgines	contemplativa	sunt necessaria
Cavere a malo	Si vis ad vitam	
operare bonum	ingredi	
pati adversa	serva mandata.	

Horum aliqua sunt negativa *etc.*

(1) Le prediche sono autografe, e probabilmente del 1440-41 in cui il Santo fu a Milano. Confronta il sermone 49.

39. (c. 5r - 6r) [*De fide in Christo*]. In nomine yhesu Christi amen. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Mat. 17. Testes transfigurationis fuerunt de testamento veteri Moyses mortuus et Helyas vivus; testes de testamento novo fuerunt Petrus, Jacobus et Johannes, in quibus impleta est promissio illa Math: Sunt quidam de hic stantibus *etc.*

40. (c. 6v - 7v) *In festo sancti Ludovici ordinis minorum.* Regnabit rex et sapiens erit et faciet iudicium. Jer. 23. In hac auctoritate bene convenienti sancto Ludovico, notatur tria regi necessaria: potentiam quoad executionem, sapientiam quoad sententie determinationem; clementiam quoad misericordie mixtionem. Quod potentiam *etc.*

41. (c. 8r) *In festo sancti Bartholomei.* Elegi suspendium anima mea et mortem ossa mea. Job. 7. Hec bene convenit Bartolomeo iuxta interpetrationem vocabuli. Interpetrator enim suspendes usque seipsum. Est igitur triplex suspendium videlicet: Suspendium nature, suspendium gratie, suspendium glorie. Quantum ad primum *etc.*

42. (c. 8v) *In festo sancti Ludovici regis Francie tertii ordinis beati Francisci.* Nolite nocere terre et mari neque arboribus quoadusque signemus servos dei nostri in frontibus eorum. Apoc. 7. Hec veritas convenit Ludovico quoad signationem, quia signatus est a Francisco signato per s. Angelum, qui clamat quatuor angelis quod non noceant terre *etc.* Quod et fecit dum ter ivit inter saracenos *etc.* Intendit ergo prohibere tria vitia videlicet: Per terram avaritiam, per mare luxùriam, per arbores superbiam. Quoad primum *etc.*

43. (9r - 9v) *In festo sancti Augustini.* Letamini in Domino Deo vestro qui dedit nobis doctorem iustitie. Joelis 2. Congruum est cum aliquid placitum et donum excelsum sive victoria memoretur iucundari et exultare quod etiam exemplo claruit. Hester 9. Ergo iucundamur de tanto pontifice et protectore fidei catholice. Circa mentalem iucunditatem, ibi letare; liberalem dominicam largitatem,

Digitized by Google

ibi qui dedit; supernalem utilitatem, ibi doctorem. Debet enim iustitia *etc.*

44. (c. 10r) *Infesto decollationis sancti Johannis Baptiste.* Precepit afferri caput Johannis in disco et decollavit, Johannem in carcere, et attulit caput Johannis in disco. Math. 14. Mirandum est tantum hominem adeo sanctum omnium prophetarum *etc.*

45. (c. 10v) *Dominica 22 post Pentec. in evangelio.* Beati oculi qui vident quod vos videtis. Luc. 10. Circa hoc tema quasi ad id quod recitare intendo videlicet: 1° beatificationis; 2° visionis; 3° specificationis. Quoad primum quero, quid est beatificatio *etc.*

46. (c. 11r). *Dominica 14 post Pentecosten.* Querite ergo primum regnum Dei et hec omnia adiicentur vobis. Mat. 6. Circa hoc notantur tria videlicet: eternalia desideranda; spiritualia observanda; moralia despicienda. Circa primum sciendum est *etc.*

47. (c. 11v) *In* [*festo*] *sancti Mathei.* Misericordiam volo et non sacrificium. Osee 6, et refertur Mat. 9 et Luc. 5. A tribus commendatur respectibus, videlicet: respectum doloritatis; respectum largitatis; respectum humilitatis. Notatur rationes *etc.*

48. (c. 12r) *Dominica 16 post Pentecosten.* Si spiritu vivimus spiritu et ambulemus; non efficiamur inanis glorie cupidi. Gal. ultimo. Secundum spiritum vivere debemus qui habet tres proprietates, videlicet: naturalem, vitalem, animalem. Prima conservatur in iecure, 2. in corde, 3. in cerebro ».

49. (c. 12r) *Exortationis sermo ad visitationem fiendam per R. fr. Johannem in capitulo Mediolanensis factus.* Fratres tuos visitabis si recte agant et cum quibus ordinati sunt disce. 1. Reg. 17... Circa hanc materiam notantur tria eleganter describenda, valde nobis convenientia, videlicet: 1° Devotam invitationem, fratres tuos visitabis; 2° debitam cautionem, si recte agant; 3° discretam ordinationem, et cum quibus ordinati sunt disce *etc.*

50. (c. 12v) *In festo Epiphanie.* Audiens autem Herodes rex turbatus est et omnis Jerosolima cum illo. Mat. 21. Consuetudo est malis dum bona audiunt turbari *etc.*

51. (c. 13r - 14r) *Dominica infra octavam Epiphanie.* Nolite conformari huic seculo *etc.* ad Rom. 12. Quia consuetudo erat antiqua hostias, mortua videlicet animalia, Deo efferre *etc.*

52. (c. 14r - 15r) *Dominica prima post octavam Epiphanie.* Non alta sapientes sed humilibus consentientes. Ad Rom. 12. Hec epistola continuatur ad precedentis dominice epistolam, in qua admonuit nos *etc.*

53. (c. 15v - 16v) *In sancta Agnese.* Dilectus meus candidus et rubicundus electus ex millibus. Cant. 4. Hec verba secundum sensum allegoricum pertinent toti ecclesie; secundum tropologicum cuilibet anime amanti Dominum; secundum anagogicum supernis spiritibus. Ad propositum conveniunt peroptime festivitati hodierne sancte Agnetis virginis et martiris *etc.*

54. (c. 17r) *In festo sancti Venantii.* Vincenti dabo manna absconditum *etc.* Verba scribuntur Apocal. 2. et diriguntur ecclesie Pergami, quam admonet *etc.*

55. (c. 17 - 18) *Dominica in septuagesima.* Quid hic statis tota die otiosi. Mat. 20. Verba scribuntur ubi supra et habentur in evangelio hodierno. In quibus quidem verbis quoad subiectum nostrum. Cum in hac dominica recitetur principium creationis mundi.... Circa ociositatem *etc.*

56. (c. 18v) *In sexagesima.* Ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt. Luc. 8 et Mat. 13 declaratur et apertius distinctionem fructus. Notatur ergo per triplicem fructum distinctionem designari tres status: 1° virginum; 2; continentium; 3° coniugatorum *etc.*

Dal Codice XXX di Capestrano (1).

57. (c. 1r - 4v) *Sermo de mortuis.* Quid tu hic, aut quasi quis hic qui excidisti

(1) Queste prediche sono autografe. Dal sermone 147 possiamo dedurre che buona parte di esse furono recitate in Aquila, probabilmente nel 1447.

Digitized by Google

tibi sepulcrum. ys. 22. Licet tota vita hominis... Ex scripturis tamen divinis 4 mirabiles defunctorum considerandas conditiones accipimus, quas simul Salomon colligit Ex. 3, dicens: Justum et impium iudicabit Dominus; unde et interitus bovum et iumentorum et equalis utriusque; ideo omnia pergunt ad unum locum; et nihil melius est quam letari hominem in opere suo *etc.*

58. (c. 4^{v}) *De incertitudine mortis.* Circa incertitudinem mortis quatuor sunt consideranda, scilicet: modus, tempus, status et locus *etc.*

59. (c. 5^{r}) *De timore mortis.* Timenda est mors propter morientium necessitatem et propter mortis velocitatem. De quibus supra in proximo sermone, in secunda carta sermonis. Item timenda est mors propter malorum occursionem. Prima enim peccata et demones morientibus insidiantur *etc.*

60. (c. 5^{v}) *Que prosunt mortuis.* Anime defunctorum quatuor modis solvuntur: aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut carorum elemosina, aut ieiunio cognatorum *etc.*

61. (c. 6^{r} - 7^{r}) *De memoria mortis.* Memoria mortis valet ad multa: 1° ad sui humilitatem, etc. Item valet ad contemptum mundi etc. Item valet ad fugam peccati etc. Item valet ad dampnandum carnalia desideria etc. Item valet ad regendum vitam suam etc. Item provocat ad penitentiam *etc.*

62. (c. 7^{v} - 8^{v}) *Quod non debeamus tristari de morte.* Ecce ergo mortuus regnat in celo et tu ploras in terra. Paul. ad Thessol. IIII: Nolumus vos ignorare de dormientibus ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Unde et Ciprianus: Obnitimur et reclutamur *etc.*

63. (c. 9^{r} - 17^{v}) [*De diversitate mortuorum*]. Vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni. Apoc. 20 c. Beatus Crisostomus in sermone quem de mortuis texuit dicit terribile verbum de morientibus: Moriens cunctos salutat etc. ut supra in primo sermone de mortuis in prima usque in opera enim illorum sequentur illos *etc.* Sequitur in hoc sermone sic. Et de istis terribilibus 4 queruntur generaliter in cunctis mortuis etc. Et primo labilitas defectionis qua exterminantur; 2 varietas conditionis qua remunerantur; 3 finalitas positionis qua perpetuantur; 4 severitas discussionis qua examinantur *etc.*

64. (c. 18^{r} - 21^{v}) *De resurrectione corporum humanorum.* Oportebat pati Christum et resurgere a mortuis. Luc. ultimo. Omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur. 1 Cor. 15. Circa declarationem huius verbi occurrunt quinque contemplationes: Prima est quod ipsa resurrectio est futura; 2. est qualiter fiat; 3. est quando fiet; 4. est ubi fiet; 5. est quare fiet. Quantum ad primam *etc.*

65. (c. 22^{r} - 27^{r}) [*De judicio*] Quia dicis in corde tuo sedeo ut regina et vidua non sum et luctum non videbo. Ideo in una die venient plage eius et mors et luctus et fames, est deus qui iudicabit illam, et flebunt et plangent se super illam *etc.* Apoc... Commemorans in predictis verbis quatuor breviter, videlicet: Timorem erectivum, quia dicis in corde tuo etc. furorem consumptivum, quia in uno die venient plage eius etc. Rigorem discussivum, quia fortis est Deus etc. Dolorem affetivum, quia flebunt *etc.*

66. (c. 29^{r} - 29^{v}) *Utrum anima hominis rapiatur ad damna.* Et quod non sic argumentatur: Raptus est ab eo quod est secundum naturam in id quod est secundum naturam vi superioris nature *etc.*

67. (c. 30^{r} - 30^{v}) [*De oratione*]. Pulsate et aperietur vobis. Luc. 11. Quia propositum verbum *etc.* In quibus quidem verbis duo sunt breviter attentenda: primum est promittitudo consultoris, quod probatur exortatio labialis, pulsate; 2 est celsitudo promissionis, quod probatur declaratio terminalis, et aperietur vobis. Quoad primum sciendum *etc.* *Explicit*: Concludendo cum Jacobone de Tuderto in sua laude: O bon yhesu poy che me ay innamorato — dellultimo stato me dona certeza.... el cor venenato de te fino amor ».

Digitized by Google

68. (c. 31r) *De tribulationibus justorum* Notatur quia Dominus predixit ut essent previsi, quia tela prevista minus sepe nocere solent. Unde dixit Jo. 14: Hoc locutus sum vobis ut non scandalizemini etc. Et Mat. 20 Tunc tradent vos in tribulationem etc. occident vos *etc.*

69. (c. 32v - 32r) [*Sequere Dominum*]. Recti corde sunt qui Deum sequuntur non qui precedere contendunt. Unde Petro dictum est: Vade retro Sathanas. Qui enim illum precedere voluit errare non desinit. — Qui subsequi desiderant recti corde comprobantur. Sp. ps. C. XXXIII. Prelati debent imitari Christum in tribus: quia in loco Christi sunt, in dignitate potestate et officio *etc.*

70. (c. 33r) [*Ad papam*]. Beatissime pater, cuius throni divina celsitudo ad apicem sublimatur celestis et terreni imperii dignitatis; iuxta notatur 22 dist. c. 1 et 63 d. *Tibi domino.* Cuius beatissimis pedibus *etc.* Decet ergo summi pontificis tanquam colompnam et saxum immobilem totius cristianitatis compagem molemque continere *etc.*

71. (c. 35r - 35v et 34v) [*De septem vitiis capitalibus*]. Quot panes habetis? Mat. 8. Cum panis sit illud propter quod reficitur et nutritur humanum corpus, satis notatur consonum rationi quod per panem intelligatur esse illud quod delectat et reficit mentem nostram sive bonum fuerit sive malum. Et quia domino yhesu Xo interroganti: Quot panes habetis *etc.* per suos discipulos responsum est septem; ideo notatur quod per septem panes intelligi possunt septem vitia capitalia *etc.*

72. (c. 40r) [*De bono et malo*]. Arbor bona fructus bonos facit. Mat. 4. Quia in sacra scriptura potest arbor accipi multipliciter, nam invenietur arbor proficiens, deficiens, inficiens, sufficiens, reficiens *etc.* (Aliqua pauca huiusmodi adnotantur).

73. (c. 40r - 40v) [*De contemptu mundi*]. Mundi contemptum nobis suadit: Scriptura, natura, creatura, fortuna, cura et iactura. Mundus contempnendus est propter octo contraria in eo recepta: Primo propter fecem vilitatis *etc.*

74. (41r - 42r) [*De prudentia*]. Filii huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. Luc. 16. Quia ut ait Pitagoras... Pror. 9: Ambulate per vias prudentie. Quod cognosci potest magis distincte per decem sequentia videlicet: per mandati impletionem, per tacendi discretionem, per virtutum perfectionem, per modestam locutionem, per pudicam conditionem, per patientem corectionem. per clementem compaxionem, per fulgentem conversationem, per abstinentem macerationem *etc.*

75. (c. 42v) *Laurentii.* Qui parce seminat parce et metet. 2 Cor. 10. Notatur quod debemus seminare semen penitentie in agro peccatorum *etc.* (aliqua pauca adnotantur).

76. (c. 43r) *Clare.* Clara est que nunquam marcescit sapientia. Sap. 6. Sciendum quod claritas duplex est principaliter, scilicet: vie et patrie *etc.*

77. (c. 43v) [*De angustiis justorum*]. Justus de angustia liberatus est. Prov. 10. Si bene considero, iustus considerari oportet aut in statu prime innocentie ut fuit Adam et Eva *etc.* (Pauca aliqua adnotantur de iustitia et angustiarum generibus).

78. (c. 44r - 45v) [*De peccato et peccatorum distinctione*]. Remittuntur tibi peccata tua. Mat. 9. Dominus noster yhesus Christus hic dat nobis intelligere supereminentem potentiam suam *etc.*

79. (c. 47r) [*Feria VI post domin. I quadragesimae*]. Vis sanus fieri? Jo. 5. In hoc modo quatuor sunt notanda: 1 est temporis congruentia, idest dies festi etc; 2. est corporis influentia, idest multitudo languentium etc; 3. est operis clementia idest vis sanus fieri etc; 4 est ordinis observantia, idest vade amplius noli peccare. De primo *etc.*

80. (c. 47v) [*Sabbato post Domin. I quadragesimae*]. Resplenduit facies eius sicut sol. Mat. 17. Notatur illud Gregorii etc. In hoc igitur evangelio, duo habemus notari; primum est vite presentis malitia;

Digitized by Google

2. est glorie sequentis premia. Circa primum ponitur locus *etc.*

81. (c. 48r) [*Feria II post domin II quadragesimae*]. In peccato vestro moriemini. Notatur de columpna infixa *etc*... Ubi duo notantur: via felicitatis et via penalitatis *etc.* De via felicitatis *etc.*

82. (c. 48v) *Feria tertia.* Super cathedram Moysy etc. Mat. 23. Notatur tres status prelatorum et tres subditorum. De prelatis notatur doctrina cum opere *etc.*

83. (c. 49r) [*Feria quarta*]. Ecce ascendimus Jerosolimam et filius hominis tradetur. Mat. 20. Notatur prima cautela est miles. Miles volens suos sequaces ad bellum etc. yhesus est dux nostre militie. Is. 63. *etc.*; 2. cautela est paxionis enarratis, quia tela previsa *etc.*; 3. cautela est militum concordatio *etc.*

84. (c. 49v) [*Feria quinta*] Mortus est dives et sepultus est in inferno. Luc. 16 Si presens status esset perpetuus Deus videretur iustus *etc*; sed quia ait. Ego dominus ... qui do unicuique iuxta opera sua *etc.*

85. (c. 50t) [*Feria sexta*]. Hic est heres, venite occidamus eum. Mat. 21. Secundum loycos *etc.* In hoc evangelio tria notantur: 1. gratia gratis data: 2. conditio pexima et ingrata; 3. punitio eis preparata. *Etc.*

86. (c. 50v) [*Sabbatum*] Non sum dignus vocari filius tuus. Luc. 16. Quia pius misericordiarum pater ... In hoc igitur evangelio duo debemus notare: 1. peccatoris miseria, quia nobilis factus est custos porcorum; 2. est creatoris clementia, quia occurrens *etc.*

87. (c. 52r) [*Feria 3 post domin. 3 quadragesimae etc.*]. Si peccaverit in te frater tuus etc. Mat. 18. Notatur de dissolubili quidam cum magna cautela fieri debet.. Unde notatur in hoc evangelio duo: 1 notatur diligens investigatio moderata correctionis antecedens, idest si peccaverit; 2 notatur sufficiens auctorizatio vigoratam absolutionem recte gerens, idest quodcumque ligaveritis *ect.*

88. (c. 52v) [*Feria 4 post dom. III quadr*]. Accesserunt ad yhesum ab Jerosolimis scribe et pharisei *etc.* Mat. 15. Pro intelligentia eiusdem notandum est quod pharisei erant superstitiosi, avari et impii *etc.* Notatur ergo in toto evangelio tria: 1. Phariseorum superstitio; 2. ipsorum confutatio; 3. vere doctrine Christi traditio *Etc.*

89. (c. 53r) [*Feria V post dom III quadr*]. Imperavit febri et dimisit illam. Luc. 4. Notatur excellentissimum medicum. In hoc evangelio tria breviter denotantur: 1. sanitatis sollicitudo, idest introivit in domum Symonis; 2. peccantis turpitudo, idest tenebatur magnis febribus; 3. miserantis celsitudo, idest curabat eos *etc.*

90. (c. 53v) [*Feria VI post dom. III quadr*]. Si scires donum Dey *etc.* Jo. 4. Notatur pariter venditor suas merces *etc.* Notatur igitur in toto evangelio duo videlicet: 1m humana promptitudo ad cadendum, quia venit mulier de Samaria; 2m est divina sollecitudo ad resurgendum, quia vade et voca virum tuum *etc.*

91. (c. 54r) [*Sabbato post dom III quadr*]. Yhesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra. Jo. 8. Notatur quando iudex solvit penam ... In hoc igitur evangelio duo notantur: 1. humane nature conculcatio; 2. eius pia Christi exaltatio *etc.*

92. (c. 54v) [*Dominica IV quadragesimae*]. Unde ememus panem ut manducent hi? Jo. 6. Notatur quod spiritualis panis est verbum Dei: Mat. 4 ... In hoc ergo evangelio dulcedo amoris Christi quatuor modis ostenditur: 1. in magnis peregrinationibus, idest: Abhiit yhesus trans mare Galilee; 2. in lapsorum compaxione, idest: Unde ememus panem etc; 3. in multorum refectione, idest: Ut autem impleti sunt; 4. in fragmentorum collectione, idest: Colligite que superaverunt *etc.*

93. (c. 55r) [*Feria II post dom. IV quadr*]. Yhesus autem neque credebat semetipsum eis. Jo. 2. Solvite templum hoc *etc.* Jo. 2. Notatur quod non dicitur..... In hoc igitur evangelio notatur tria: 1. est temporis aptitudo, quia prope erat

Digitized by Google

Pascha; 2 est Domini fortitudo, quia omnes eicit de templo; 3 est gratie plenitudo, quia solvite templum hoc *etc.*

94. (c. 55v) [*Feria III post domin. IV quadr*]. Quid me queritis interficere? Jo. 7. Notatur quod cor induratum ad malum difficile avertitur ab eo *etc.* Notatur igitur in hoc evangelio quod quidam ex Judeis mirabantur de sapientia yhesu, idest quomodo hic litteras scit; alii querebant eius mortem, idest quid me queritis interficere; alii calumpniabantur eum, idest quia totum hominem sanum fecit in sabbato; alii eius progeniem detestabantur, idest hic scimus unde sit; alii conabantur eum capere, idest querebant ergo eum apprendere *etc.* Quoad primum *etc.*

95. (c. 56r) [*Feria IV post dom. IV quadr*]. Domine, quis peccavit hic aut parentes eius. Jo. 9. Quia veritas consistit circa difficile *etc.* Notatur ergo' in hoc evangelio tria: 1m est peccatoris meseria, quia cecusa nativitate; 2m est Christi potentia, quia ex saliva illuminatus; 3m est demonum invidia, quia pharisei murmurabant. De primo ergo notatur *etc.*

96. (c. 56v) [*Feria V post dom. IV quadr*]. Resedit qui erat mortuus. Luc. 7. Quanto carior res tanto *etc.* In hoc igitur evangelio videndum 1. quid significat defunctus iste; 2. quit sit locus ubi iacebat; 3. quid sint portitores; 4. quid significat Naim. Quoad primum *etc.*

97. (c. 57r) [*Feria VI post dom. IV quadr*]. Domine ecce quem amas infirmatur. Jo. 11. Nulla virtus ita efficax apud Dominum quam verus amor etc. Ideo sorores Lazari; ecce quem amas *etc.* Ubi duo notantur: mors peccatoris et resuscitatio Salvatoris *etc.*

98. (c. 57v) [*Sabbato post dom. IV quadr*]. Ego sum lux mundi. Jo. 8. Videntur aliqua habere lucem per participationem ut sunt planete *etc.* Est ergo lux mundi propter quatuor similitudines: 1. propter pulchritudinem in suo aspectu; 2. propter rectitudinem in suo incessu; 3. propter promptitudinem in suo concursu; 4. propter largitatem in suo concessu *etc.*

99. (c. 58r) [*Dominica de passione*]. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum. Jo. 8. Notantur tria: 1m naturalis Christi scusatio, idest quis ex vobis arguet; 2m est peccantium destinatio, idest in nomine benedictus; 3m est iusta Dei punitio, idest yhesus autem abscondit se. De primo notatur *etc.*

100. (c. 58v) [*Feria II post dom. passionis*]. Si quis sitit veniat ad me et bibat. Jo. 7. Inter omnes utiles cautelas *etc.* In hoc igitur evangelio duo breviter sunt notanda: 1. demonum caliditas in persequendo, quia miserunt ut apprehenderent *etc*; 2. Christi prudentissima pietas in subveniendo, quia si quis sitit *etc.*

101. (c. 59r) [*Feria III post dom. passionis*]. Non enim volebat in Judeam ambulare, quia querebant yudei eum interficere. Jo. 7. Nemo libenter vadit ubi male tractatur *etc.* Ideo dicitur quod ambulabat in Galileam *etc.* Ubi notantur tria: 1. stimulos anime penitentis ut ad vomitum redeat, quia querebant eum interficere; 2. notantur pauperes Christum interpellantes pro elemosinis ut indulgeat, quia dixerunt ergo ei vade in Judeam etc.; 3. notatur pia Christi doctrina ad animam fidelem instruendam de crucis misterio meditando, quia tempus meum nondum advenit *etc.*

102. (c. 59v) [*Feria IV post dom. passionis*]. Facta sunt encenia in Jerosolimis. Jo. 10. Quia ecclesia violata vel polluta aliter est rebenedicenda *etc.* Notantur ergo in evangelio tria: 1. Christi sollecitudo circa anime salutem, quia ambulat yhesus in templo etc; 2. est demonis amaritudo ob ipsam salutem, quia quousque animam nostram tollis, 3. est scientie plenitudo anime infuse ut obtineat salutem, quia opera que ego facio *etc.*

103. (c. 60r) [*Feria V post dom. passionis*]. Mulier que erat in civitate peccatrix attulit *etc.* Luc. 7. Quia dominus yhesus disposuit regnum celorum esse venale *etc.* In hoc ergo evangelio tria notantur: 1. quid exigitur a Christo erga nostram consolationem, quia Christus ingressus *etc.*; 2. quid exigitur ab anima

Digitized by Google

ut obtineat salutem eternam, quia mulier in civitate *etc.*; 3. quid ipsi dicant demones ad nostram conversionem, quia hic si propheta esset *etc.*

104. (c. 60v) [*Feria VI post dom. passionis*]. Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Jo. XI. Quia ut dicunt philosophi, usus convertitur in natura, ideo animus assuetus ad malum *etc.* In hoc igitur evangelio notantur tria:
1. demoniorum nequitia invidiosa, quia collegerunt etc; 2. est fidelium prudentia fructuosa, quia expedit enim etc; 3. est parata ad pugnam victoriosam, quia yhesus iam non in palam *etc.*

105. (c. 61r) [*Sabbato post dom. passionis*]. Dum lucem habetis credite in lucem. Jo. 12. Magis periculosa res est per tenebras ambulare... Ideo dedit nobis Deus lucem, idest Virginem gloriosam, ut ad eam adeamus cum fiducia ad thronum gratie *etc.* Hebr. 4. Notatur igitur in factione mundi de hac luce 4or: 1. gen. 1. fiat lux et facta est; 2. et vidit Deus lucem; 3. et divisit lucem a tenebris; 4. et appellavit Deus lucem diem. Hec igitur sunt in virgine gloriosa *etc.*

106. (c. 61v) [*Domenica palmarum*]. Ite in castellum quod contra vos est. Mat. 21. Consuetudo est principis dirigere exesercitum ad bellum ... Et istud figuratur in hoc evangelio, ubi tria notantur: 1. anime rebellis status ex quo nominatur castellum; 2. est Christi miserantis meatus, quia venit Bethphage, 3. est anime convertentis se processus, quia asina soluta *etc.*

107. (c. 62r) [*Feria II maioris Hebdomadae*]. Lazarus vero erat unus ex discubentibus. Jo. 12. Notatur ad hoc ut non credunt quia phantasmata esset, Lazarus vero ... Et hoc dicit presens evangelium, ubi notantur tria: 1. salutis temporis aptitudo, cum dicitur venit; 2. notatur pravi cordis consuetudo, cum dicitur Judas etc. 3. penitentium premii magnitudo. De primo notatur *etc.*

108. (c. 62.v) [*Feria IV maioris Hebdom*]. Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vellentibus. Is. 56. Notatur probus miles priusquam fugiat cum vesillum gerit in bello, permictit se totum forari. Sap. 10. Probissimus miles *etc.* In hoc igitur epistola summi prophete notantur duo: 1.m quod paxio Chisti fuit valde penosa, quia corpus meum etc. 2.m est quod fuit fructuosa, cum subditur, ideo non sum confusus. *etc.*

109. (c. 63.r) [*Feria III maioris Hebdom*]. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Marc. 14. Ait philosophus dubitare de singulis non est inutile, quod intellige de veris dubitationibus, quia dubitare an sol sit lucidus est ridiculum. Unde dubitatur alienatis sensibus: An Iudas peccaverit Jhesum pecunia tradendo; et an Judei emendo et occidendo ipsum... Primo enim videtur *etc.*

110. (c. 63.v) [*Feria VI maioris Hebdom*]. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Ier. XI. Dominus Yhesus cetera animalia armavit natura, solum agnum dimisit inermem, nulli nocet... Sic et agnus Dei qui tollit peccata mundi. Mat. 3. Dicitur etiam agnus ab agnoscendo quia vocem belatum agnoscit; sic et Christus *etc.*

111. (c. 64.r) [*Feria VI maioris Hebdom*] Et hoc quod scriptum est oportet impleri in me, et cum iniquis deputatus est. Luc. 22. Propter labilem hominum memoriam ordinata est scriptura ut laude digna populo commendetur. Eccl. 4. Laudemus viros gloriosos. Sic et facta Cristi et Apostolorum et martirum... consummatio autem omnium gestorum et gerendorum fuit Christi paxio caritate completa *etc.*

112. (c. 64.v)[*Feria V in Cena Domini*]. Sciens Yhesus quia venit eius hora etc. Io. 13. Prudens dux peregrinorum providet de necessariis; que videntur tria que Abraam patriarcha protulit tribus peregrinis in valle Mambre, cum ait: a) Obsecro laventur pedes vestri, et b) requiescite sub arbore; c) ponamque buccellas panis ut confortetur cor vestrum priusquam transibitis. Gen. 18. Spiritualiter sic fecit Dominus Yhesus in hoc evangelio, cum ostenditur lotio pedum, arboris crucis obumbratio, et cene manducatio *etc.*

Digitized by Google

113. (c. 65.v) [*Sabbato Sancto*]. Filius cum vivit dominatur in tota terra Egipti. Gen. 45. Scio enim quod Yhesum qui crucifixus est queritis. Mat. 28. Quia appropinquatur resurrectio Domini *etc.* In verbis propositis duo sumantur: descensio Christi ad inferos, et eius resurrectio ad superos *etc.* Primo igitur *etc.*

114. (c. 66v - 66.r) [*Feria II post Pascha*]. Tu solus peregrinus es in Ierusalem. Luc. 24. Christus tamquam peregrinus in aliena domo natus est, conversatus et sepultus. Unde Luc. 9. Vulpes foveas habent quoad sepulturam; et volucres celi nidum quoad hospitium; filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet quoad nativitatem in presepio. Ostendit autem esse peregrinus quantum ad habitum; quantum ad vias, quantum ad hospitium, quantum ad pericula et quantum ad insignia. De primo *etc.*

115. (c. 68.r) [*Dominica Pentecostes*]. In presenti evangelio 8 breviter describuntur: 1. dulcis suadela ubi non turbetur; 2 preceptrix medela, ubi in me credite; 3, glorie sectela, ubi in domo fratris mei; 4° gratie sequela, ibi si quo minus; 5 lucida loquela, ibi ego sum via; 6 inseparabilis altela, idest Philippe qui videt me; 7. humiliabilis subdela, idest pater autem in me manet, ipse facit opera; 8 excellentissima cautela, et maiora horum faciet. De quibus succinte aliqua transcurremus. Et primo *etc.*

116. (c. 69.v) [*Dominica IV post Pascha*]. Cum venerit ille arguet mundum de peccato, de iustitia et de iudicio. Io. 16. In hiis verbis duo notantur: 1. adventus Christi ad mundum; 2 condempnatio peccatorum. Veniet enim ad interpretandum, ad predicandum, ad puniendum *etc.*

117. (c. 70v-71r). [*Dominica V post Pascha*]. Amen amen dico vobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Io. XVI etc. In quibus verbis tria breviter denotantur: 1.m verissimum iuramentum, ibi amen; 2m mirificum spondimentum, idest si quid petieritis; 3m letificum complimentum, idest dabit vobis. De primo *etc.*

118. (c. 72.r) [*In die Ascensionis Domini*]. Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. Marc. ultimo. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. denotatur spiritualis edificii fundamentum; 2. denotatur sacramentalis artificii supplementum; 3. denotatur finalis laboritii complementum. De primo *etc.*

119. (c. 22.v) [*Feria tertia post Pentecosten*]. Qui non intrat per ostium fur est et latro. Io. X. Duo denotantur: 1. vitiorum detestatio; 2. virtutum commendatio... De primo Mat. 7: Omnis arbor bona *etc.*

120. (c. 73r- 73.v) *Dominica infra octavam ascensionis.* Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a patre. Io. 15. In quibus verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur trinitatis exhibitio; 2. denotatur veritatis exquisitio, idest ille testimoniunm etc; 3. denotatur consolatoris manifestatio. Quantum ad primum *etc.*

121. (c. 74r - 75r) *De corpore Christi.* Pater meus dat vobis panem de celo verum. Io. 6. Pro introductione inducas illud Leonis pape: excedit quidem multum, supereminet humani eloquii facultas divini operis magnitudo *etc.* Subdes *etc.* In verbo ergo premisso hoc venerabile sacramentum destribuor quoad tria: 1. quantum ad dantis liberalitatem; 2. quantum ad sacramenti veritatem; 3. quantum ad nostram utilitatem *etc.*

122. (c. 76r - 77.r) [*In festo SS. Trinitatis*] Ab oriente porte tres. Apoc. 21. In hiis verbis summarie materia dupliciter tangitur: 1. quoad divine essentie claruit inoffuscabilem; 2 quantum ad divinarum personarum trinitatem imperscrutabilem. Primum probat Orientis serenitas; 2m probat portarum varietas *etc.*

123. (c. 77.v) [*Dominica infra octav. Corporis Christi*]. Uxorem duxi et ideo non possum venire. Luc. 14. Quia verbum assumptum pro carnalibus hominibus capere, quod secundum visionem beati Iohannis equiparatur equis. Apoc. 9.: Vidi equos in visione, et qui sedebat super eos habebat loricas igneas *etc.*

Digitized by Google

124. (c. 78r - 79.r) [*In visitatione beate Mariae Virginis*]. Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione in civitatem Iuda. Luc. 1. Ad commendationem Marie adducas illud Apoc. XII: Ecce mulier ... Superquo verbo XII stelle sunt XII prerogative virtutum quos habuit beata virgo *etc.*

125. (c. 79r - 80.v) [*Dominica IV post Pentecosten*]. Cum turbe irruerent in Yhesum ut audirent verbum dei. Luc. 5. In quibus verbis tria breviter denotantur: 1. denotatur concurrentia anxiosa; 2. denotatur apparentia gratiosa; 3. eloquentia fructuosa *etc.*

126. (c. 81r - 82.r) [*Dominica V post Pentecosten*]. Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum. Mat. 5. In quibus quidem verbis tria licet denotare: 1. denotatur nove legis perfectio; 2. denotatur antique legis defectio; 3. denotatur muneris perfecti receptio *etc.*

127. (c. 82v - 83.r) [*Dominica VI post Pentecosten*]. Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quid manducent. Marc. 8. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur miseratio compaxiva, idest misereor; 2. denotatur expectatio devotiva, ibi quia enim iam triduo; 3. denotatur recreatio defectiva, idest nec habent quid manducent *etc.*

128. (c. 83v - 86.r) [*Dominica VII post Pentecosten*]. Attendite a falsis prophetis *etc.* Pro themate sumas: Qui facit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Mat. 7. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur operis exhibitio, idest qui facit; 2. denotatur operis distributio, ibi voluntatem; 3. denotatur operis retributio, idest ipse intrabit etc. Quantum ad primum *etc.*

129. (c. 86e - 88.v) [*Dominica VIII post Pentecosten*]. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Luc. 16. c. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur providentialis exortatio ibi facite etc.; 2. denotatur cupidinalis refrenatio, ibi de mammona iniquitatis etc.; 3. denotatur eternalis remuneratio, ibi, ut cum defeceritis *etc.*

130. (c. 89r - 90.v) [*Dominica IX post Pentecosten*]. Cum appropinquaret Yhesus Ierosolimam, videns civitatem, flevit super illam, dicens: Si cognovisses et tu. Luc. 19. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur Salvatoris propinquatio, ibi cum appropinquaret Yhesus; 2. denotatur compaxionis ostentatio, ibi flevit super illam; 3. denotatur pereclitationis inclinatio, ibi. quia si cognovisses et tu. Quantum ad primum *etc.*

131. (c. 91r - 91.v) [*Dominica X post Pentecosten*]. Qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Luc. 18. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotabitur dampnabilis confusio superborum; 2. denotatur laudabilis instructio subiectorum; 3. denotatur optabilis retributio meritorum *etc.*

132. (c. 92r - 94.r) [*Dominica XI post Pentecosten*]. Bene omnia fecit, surdos audire fecit et mutos loqui. Marc. 7. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur universalis commendatio virtuosa, ibi, bene omnia fecit; 2. denotatur particularis liberatio gratiosa ibi, surdos audire fecit; 3. denotatur liberalis operatio fructuosa, ibi, et mutos loqui *etc.*

133. (c. 94.v) [*Dominica XII post Pentecosten*]. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo *etc.*; et proximum tuum sicut te ipsum. Deut. 6. transumptive Luc. 10... hiis tribus modis diligendus est Deus: 1. namque natura, quia quod omnibus melior est et utilior, ideo plus ceteris est amandus: 2. Rectitudine, quia omnia que habemus prestat etc. 3. spe commodi vel remunerationis, quoniam immortalitatem nobis promittit *etc.*

134. (c. 97r - 99v) [*De Maria Magdalena*]. Hec autem lacrimis rigavit pedes meos. Luc. 7. In quibus quidem verbis ad ystoriam relatis tria breviter denotantur:

Digitized by Google

1. enim denotatur mulieris incussivum, ibi, hec autem mulier que erat in civitate peccatrix; 2. denotatur remedium discussivum, ibi, lacrimis etc. 3. denotatur beneficium excessivum, ibi, remittuntur tibi peccata tua *etc.*

135. (c. 100^{r} - 101.^{v}) [*In festo Quirici et Iulitte vel alterius martiris et filii martirum*]. Ego mater pulchre dilectionis et timoris et magnitudinis et sancte spei. Ecc. 24. In quibus quidem verbis quatuor breviter denotantur: 1. enim denotatur norma amoris; 2. timoris; 3. magnitudinis; 4. spey. De primo Deuter VI: Diliges dominum Deum tuum *etc.*

136. (c. 102^{r} - 103.^{v}) *In vincula S. Petri.* In ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus. Acta 12. c. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur operatio tenebrosa; 2. denotatur concomitatio pericolosa; 3. denotatur colligatio dolorosa *etc.*

137. (c, 104^{r} - 105.^{v} etc. 101.^{v}) *In festo beati Laurentii.* Probasti cor meum etc. Ps. XVI. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur conciocinatium peramabile, ibi, probasti cor meum etc.; 2. denotatur experimentum paxionabile, ibi igne me examinasti 3. denotatur comperimentum rationabile, ibi, et non est inventa in me iniquitas *etc.*

138. (c. 106^{r} - 107.^{v}) *In Assumptione Beate Virginis.* In sole posuit tabernaculum suum. Ps. 18. Exemplaritas videtur quam venerande reliquie honorabiliter collocate, figura Paral. 35. ubi rex Iosias iussit reponi archam in sanctuario templi... In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur sidus coruscans, in qua domina, nostra spiritualiter delectatur, ibi, in sole: 2. denotatur Dey muneratio a quo singulariter collocatur, ibi, posuit; 3. denotatur incarnati misterii habitatio, ex qua mirabiliter sublimatur, ibi, tabernaculum suum *etc.*

139. (c. 108^{r} - 110.^{v}) *In festo sanctissimi patris nostri Francisci.* Vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dey vivi. Apoc, 7. Quia ut ait Augustinus in Angelica Ierarchia: habet enim homo tres dignitates... In quibus quidem verbis tria brevit denotantur; 1. denotatur laudabilis conditio supernalis compositionis, ibi, alterum angelum; 2. denotatur amabilis conversio supernalis contemplationis, ibi, ascendentem ab ortu solis; 3. denotatur mirabilis connexio singularis prerogationis, ibi, habentem signum Dey vivi *etc.*

140. (c. 111^{r} - 110^{v} - 111.^{v}) *In consecratione ecclesie.* Hodie salus huic domui facta est. Luc. 19. etc. Recita ystoriam. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur temporis enarratio, quia hodie; 2. denotatur muneris designatio, quia salus huic domui; 3. denotatur operis demonstratio, quia facta est etc. Iungas cum themate ad partes: venit enim filius hominis querere et salvum facere quod perierat *etc.*

141. (112^{r} - 113.^{v}) *In conceptione Virginis gloriose.* Sapientia edificavit sibi domum et excidit columpnas septem. Prov. 9. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur artificis eminentia, quia Sapientia edificavit; 2. denotatur opificis residentia quia sibi domum; 3. denotatur operis excellentia, quia excidit columpnas septem *etc.*

142. (c. 114^{r} - 115.^{v}) *In festo S. Agnesis.* Dilectus meus candidus et rubicundus electus ex millibus. Cant. 6. Ad sensum patet quod cum aliquis immense diligat aliquem, satis suum dilectum nititur commendare. Sic hodie beata Agnes, invitata a filio prefecti Urbis de sponsalibus, suum dilectum et spetiosum sponsum commendabat... In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur intrinsice dilectionis incendium, quia dilectus meus; 2. denotatur virginee complexionis ensenium, quia candidus et rubicundus; 3. denotatur eximie perfectionis compendium, quia electus ex millibus. Quoad primum *etc.*

143. (c. 116^{r} - 118.^{v}) *In purificatione Virginis gloriose.* Tulerunt Yhesum in Ierusalem. Luc. 2. Pro introductione thematis nostri considerandum est, quod

Digitized by Google

quando aliquis pauper... In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur offerentium qualitas, donum susceptibile, idest tulerunt; 2. denotatur expectantium securitas, donum delectabilem, ibi, Yhesum; 3. denotatur indigentium anelitas, ubi donum pertractabile, ibi in Ierusalem *etc.*

144. (c. 118^{r} - 118.^{v}) *In S. Agata.* In medio ignis non sum extuata. Eccl. 51. Notatur quod proprietates ignis sunt septem: est enim lucidus, subtilis, callidus, siccus, arctius, consumptius et fluxius. Et sic etiam representat mortalia; sumptus moraliter prout sonat in vitium nature, in eo quod est lucidus figurat superbiam et vanagloriam *etc.*

145. (c. 119^{r} - 122.^{v}) *In festo beati Mathye.* Cecidit sors super Mathyam et connumeratus est cum undecim apostolis. Acta 1. c. Pro introductione recites verba principis apostolorum Petri usque ad thema propositum. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1. enim denotatur divine electionis ostentatio gratiosa, idest cecidit sors; 2. denotatur humilime conversationis exaltatio gaudiosa, ibi, super Mathyam: 3. denotatur felicissime congregationis sociatio gloriosa, ibi, et annumeratus est cum undecim apostolis.

146. (c. 123^{r} - 124.^{v}) *In cathedra beati Petri.* Beatus es Symon Bariona quia caro *etc.* Mat. 16. Quanto maioris dignitatis est testis... Unde in verbis thematis 4. principalia ab ipsius laudis preconio proponuntur: 1^{m} est excellentie magnitudo cum dicitur b e a t u s; 2^{m} est obedientie promptitudo, cum subiungitur S y m o n, quod interpetratur obediens; 3^{m} est gratie plenitudo, cum sequitur B a r i o n a, quod interpetratur filius columbe idest spiritus sancti; 4^{m} est intelligentie altitudo, cum subinfertur, quia caro et sanguis *etc.*

147. (c. 125^{r} - 126.^{v}) *Pro beato Maximo episcopo Aquilano.* Maximus inter fratres suos; super eius caput fusum est unctionis oleum. Lev. 21. c. Primo sciendum est quod maximus dicitur a masas, quod est dominans vel assumptio *etc.* In quibus quidem verbis duo breviter denotantur: 1. enim huius gloriosi martiris virtutum prerogativa laudabilis, ibi maximus; 2. denotatur eius digni muneris odorum comprobativa lustrabilis, ibi super eius caput *etc.*

148. (c. 127^{r} - 128^{r}) *In sancto Benedicto.* Benedictus vir qui sperat in Domino. Ier. 17. Quia solus est qui cuncta creavit etc. In hoc igitur verbo Deus ipse per prophetam tria tangit circa huius benedicti viri sanctitatem: 1. statum gratiosum, quia vir; 2. actum virtuosum, quia qui confidit; 3. fructum pretiosum, quia benedictus.

149. (c. 128^{v} - 129.^{v} L) [*De S. Barnaba apostolo*]. Miserunt Barnabam usque Anthyochyam, quia erat vir bonus et plenus spiritu sancto. Acta XI. Quia Barnabas interpetratur filius concludens, vel filius prophete, vel filius venientis... In quibus verbis duo notantur: 1^{m} est prelatorum auctoritas sancta mandandi, quia miserunt; 2^{m} est subditorum fidelitas mandata servandi, quia erat vir bonus *etc.*

150. (c. 130^{r} - 132.^{v}) *In festo sancti Antonii Ordinis Minorum.* Proposui pro luce habere illam. Sap. 7. Pro introductione thematis. Sciendum est quod lux intellectualis ita se habet ad oculum mentis sicut lux corporalis ad oculum corporis *etc.* In quibus quidem verbis duo breviter sunt notanda: 1^{m} est humane intelligentie vigor, ibi, proposui; 2^{m} est divine sapientie candor, ibi, pro luce *etc.*

151. (c. 137^{r} - 137.^{v}) *In festo S. Margarite.* Inventa una pretiosa Margarita abiit. Mat. 13. Si bene considero... Ubi duo notantur: 1^{m} est summi boni cara iucunditas, ibi inventa etc.; 2^{m} est infimi boni rara stabilitas, ibi, abiit *etc.*

152. (c. 141^{r} - 142 - 140^{v}) [*De humilitate*]. Humiliamini sub potenti manu Dey. 1. Petri 5. Ad hoc ut non simus ingrati in conspectu Altissimi de tantis benefitiis a divina clementia receptis et recepiendis, commonet nos apostolorum princeps ut iugo humilitatis ferocia colla domemus. Ideo ait: humiliamini etc. In

Digitized by Google

quibus verbis duo breviter denotantur: 1.^{m} est excelse virtutis introductio cum deictione creature, ibi, humiliamini etc.; 2.^{m} est immense maïestatis recognitio cum exaltatione presentialiter (?), ibi sub potenti etc. Quoad primum *etc.*

153. (c. 142^{v} - 144^{r}) [*De homicidio*]. Non occides. Mat. 5. Primo videndum est quarum rerum sit occisio prohibita... Ad quod respondeo dicendum, quod hoc est dupliciter considerandum: primo quoad divinum ius, vel secundo quoad ius civile sive gentium... Est autem homicidium tripliciter considerandum, quia fieri potest corde ore et opere. Est autem homicidium aliud spirituale, aliud corporale *etc.*

154. (c. 144^{v} - 145.^{v}) [*De militia spirituali*]. Et quis est qui vobis noceat si boni emulatores fueritis? 1. Petri. 3. Quia in campo certaminis coacti positi sumus et ad bella lassari, ideo necessarium nobis est ut emilemur et dimicemur viriliter, ne quis nobis vallat nocumenta.... Pro introductione sciendum est quod vita nostra assimilatur militie Iob. 7. Militia est vita hominis super terram. Et 1. propter pugne necessitatem; 2 propter ornature contrarietatem; 3 propter deficentie velocitatem *etc.*

155. (c. 146^{r} - 152^{r}) [*De doloribus Virginis Mariae*]. Flebat mater Yhesus in remediabilibus lacrimis atque dicebat: Heu me, fili mi, etc. Tob. 10. Naturale est quod quanto res est carior tanto eius presentia est delectabilior. Et tanto presentia delectabilior, tanto absentia dolorosior... Multa igitur fuerunt que repleverunt dominam nostram assintyo amaritudinis et que fecerunt eam amare flere; sed inter alia que fecerunt eam amarissime flere fuerunt quatuor: Quando audivit filium suum a) captum proditorie, b) deductum irrisorie, c) derelictum solitarie, d) detestatus multifurie. Primum igitur *etc.*

156. (c. 153^{r} - 156^{r}) [*Planctus in dominica passione*]. Tradetur enim gentibus et illudetur et flagellabitur et conspuetur, et postquam flagellaverint occident eum. Heu heu captivorum libertas traditur, angelorum gloria illuditur, Deus omnium flagellatur *etc.*

157. (c. 157^{r} - 158^{r}) [*In Ascensione Domini*]. Assumptus est in celum. Marc. ultimo. Quoniam propter primum peccatum Iacob patriarcha dixerat pro se et suis, Genes. 37: descendam lugens in infernum... Unde proponitur convenienter: Assumptus est in celum, ubi supra In quibus quidem verbis duo breviter sunt notanda: 1^{m} est motus virtuosus probans ascensionis claritatem propter certitudinem veritatis; 2.^{m} est locus gloriosus insinuans ascensionis mirabilitatem propter celsitudinem sublimitatis *etc.*

158. (c. 158^{v} - 159.^{v} [*De cruce*]. Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos. Luc. 14. Quia cena potest multipliciter intelligi, ideo nunc hanc cenam applicemus ad cenam crucis domini Yhesu. In qua cena parata sunt mensa. idest tabla ligny crucis, que fuit variis contexta lignaminibus, videlicet ex quatuor lignis. Scilicet cedro, cuius odor fugat serpentes; cipresso que ex sua constantia resistit omni ventui; palmaque victoriam figurat; oliva cuius liquor dolores mitigat *etc*

159. (c 160^{r} - 164.^{v}) [*De gaudio*]. Gaudium erit in celo coram angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Luc. 15. Duo in themate denotantur, gaudium angelorum, ob penitentiam peccatorum. Quia gaudiorum aliud corporale aliud spirituale, aliud eternale *etc.*

160. (c. 165^{r}) [*De beata Virgine Maria*]. Signum magnum apparuit in celo. Mulier amicta sole etc. Apoc. XII. Duodecim stelle, secundum Bernardum, sunt duodecim prerogative quas domina nostra habuit a celo, carne et mente etc.

161. (c. 174^{r} - 174.^{v}) *De confessione.* Confessio est per quam lates spei venie aperitur. Augustinus. Confessio est legitima coram sacerdote peccatorum declaratio. In confessione requiruntur sexdecim, que in hiis versibus continentur: Sit simplex, humilis confessio, pura fidelis *etc.*

162. (c. 175^{r} - 176^{r}) *De Iohanne Baptista.* Quis putas puer iste erit? Luc. 1. Ista questio modo de beato Iohanne in sua nativitate per ipsum declarata est,

Digitized by Google

cum miserunt Iudey ab Ierosolimis sacerdotes et levite ad Iohannem, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et respondit: Ego vox clamantis in deserto *etc.*

163. (c. 176^{v} - 179.^{r}) [*De SS. Petro et Paulo*]. Saul et Ionathas amabiles et decori in vita sua, in morte quoque non sunt divisi, aquilis velociores, leonibus fortiores. 2. Reg. 1. Verba proposita figurativa fuerunt gloriosorum apostolorum Petri et Pauli... In hiis igitur verbis tria breviter comprehendamus: 1. patris potentia ibi, leonibus fortiores; 2. filii sapientia, idest aquilis velociores; 3. spiritus sancti clementia, idest amabiles et decori *etc.*

164. (c. 179^{v} - 180.^{v}) [*De Christi cruce et christianorum*]. Propter quod Deus exaltavit illum. Phil. 2. O anima Christo Deo devota, attende quod iste Yhesus dilectus tuus candidus et rubicundus etc. Cant. 6... Nam crux prout a Christo assumitur et filiis dispensatur, dat dolorem et gaudium in proportionata mensura. *etc.* In quibus quidem verbis duo breviter denotantur: 1. enim denotatur ipsius crucis patibuli fatigatio, idest propter quod etc.; 2. denotantur laborantis ducis altibuli sublimatio. Quod primum *etc.*

165. (c. 181^{r} - 182.^{v}) *In festo Macthey.* Sequere me. Mat. 9. Quia sumus rudes ad intelligendum subtilia, debiles ad aggrediendum ardua, fragiles ad resistendum et convincendum adversa. Que quidem tria habent nos significare tres nostros principales inimicos: de quibus... In quibus quidem verbis duo nobis breviter intimantur, in quibus sanctitas concludatur: 1.^{m} est animi rationalis inspirati facilitas, sequere; 2.^{m} est verbi divinalis humanati conformitas, *me.* Quoad primum *etc.*

Dal Codice XXXI di Capestrano (1).

166. (c. 2 - 3.) [*Dominica quinquagesima*]. *In mane.* Caritas nunquam excidit. 1. Cor. 13. In hac propositione examinandum est: quid est caritas; que sunt nobis ex caritate diligenda; an pater debeat preferri filio; quare caritas non destruetur in patria. Quoad primum sciendum est *etc.*

167. (c. 4^{r} - 6.^{v}) *Eadem die in meridie.* Ecce ascendimus Ierosolimam. Luc. 18. Sepe dominus noster Yhesus Christus suam paxionem predixit... In quibus quidem verbis tria breviter sunt attendenda: 1.^{m} est demonstratio futurorum, iudicans nostram redemptionem, Ecce; 2^{m} est operatio christianorum insinuans nostram perfectionem, ascendimus; 3.^{m} quietatio animorum, interpretans nostram beatificationem, Ierusalem. Ad primum dicendum *etc.*

168. (c. 7^{r} - 9.^{v}) [*In die cineris*]. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Mat. 6. quia thesaurizantes in terra multis laboribus, timoribus et doloribus affliguntur; est namque labor in acquirendo, timor in possidendo et dolor in amictendo. Ps. Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea. Et nunc que est expectatio mea, nonne Dominus? Et substantia me apud te est. Ideo nolite thesaurizare vobis thesauros in terra sed in celo.

Et propterea ad hoc ut in celo thesaurizemus tres principales partes de qualibet predicatione faciemus. Quarum prima tropologizationem evangelii occurrentis continebit; secunda dolcorationem anime diligentis edocebit; tertia speculationem de 7 sacramentis commonebit. In 1. reprehendenda sunt vitia et virtutes sunt commendande; in 2. edocenda sunt itinera et dulcedines degustande; in 3. movenda sunt dubia et questiones declarande. Et sic triplex sol exurgens montes radios igneos essufflans. Eccl. 143.

Dividitur autem totum evangelium in tres partes; 1. est vitii detestatio, Ypocrite tristes; 2. est virtutis commendatio, unge caput tuum; 3. est premii pollicitatio, reddet enim. Ad primam igitur partem nolite thesaurizare *etc.*

Ad 2.^{m} subiectum de dulcedine fidelium anime, attendenda est quod dulcedo fidelis anime est devota meditatio divine

(1) Tutto il codice è autografo, e contiene il quaresimale che S. Giovanni predicò a Siena nel 1424.

Digitized by Google

eternitatis, quam ipsa anima sperat possidere *etc.*

Ad 3.^{m}, principale subiectum, primo considerandum est quod sacramenta sunt medicine spirituales infirmitatis humane.. Est igitur nunc de 7 sacramentis, septena questio proponenda: 1. de quidditate sacramenti, 2. de institutione, 3. de potestate veteris legis; 4. de virtute nove legis; 5. de remediis veteris legis; 6. de remediis legis scripte; 7. de remediis legis gratie *etc.*

169. (c. 10^{r} - 12.^{v}) *Feria 5.* Domine puer meus iacet in domo paraliticus et male torquetur. Mat. 8. Dicitur Gen. 6: Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, et genuit tres filios etc. Ad primam igitur partem venientes sumamus evangelii textum tripartitum. Cuius 1. pars est peccatoris cognitio, idest paraliticus; 2. est salvatoris sublevatio, idest cum veniam; 3. est utriusque conventio, idest fiat tibi *etc.* Ad 2^{m} partem de meditatione fidelis anime pro divina dulcedine capessenda, qualiter varie mansiones distinquantur *etc.* Ad 3 partem de sacramentis, queritur: An sacramenta debuerint institui in statu innocentie. Et videtur quod sic *etc.*

170. (c. 13^{r} - 15.^{v}) *Feria 6.* Diligite inimicos vostros, Mat. 5. Dicitur Gen. 18: apparuerunt ei tres viri *etc.* Ad nostrum propositum diligite etc. totum evange lium dividitur in tres partes: 1. enim antiquitas reprehenditur, idest antiquis; 2. novitas introducitur, idest diligite inimicos vestros; 3. felicitas repromictitur, reddet tibi *etc.* Ad 2.^{m} partem, in quo videndum est, secundum quod homo ad secretum dulcedinis Christi Yhesu admictatur *etc.* Ad 3^{m} partem de sacramentis, queritur que fuerit potestas sacramentorum legis veteris *etc.*

171. (c. 16^{r} - 18.^{v}) *Sabbato.* Confidite, ego sum nolite timere. Marc. 6. Dicitur Gen. 18: Accelera tria sata simule etc. Dividitur totum evangelium in tres par tes principales: 1. enarratur periculum, idest mari; 2. promictitur subsidium, confidite; 3. infigitur premium, salvi eritis *etc.* Ad 2^{m} partem predicationis nostre, in qua querendum est hodie, quibus pedibus spiritus noster in intrinsicum dulcedinis Yhesu ingrediatur. Dicendum quod pedes spiritus sunt intellectus et affectus *etc.* Ad 3^{m} partem de sacramentis. Ubi querendum est de virtute sacramentorum nove legis. An in susceptione ipsorum conferatur gratia *etc.*

172. (c. 19^{r} - 19.^{v}) *Dominica 1.* [*Quadragesimae*] *in mane.* Nemini dantes ullam offensionem. 2. Cor. 6. Quia in multis offendimus omnes etc. Dividitur in tres partes: 1. est universalis negativa, nemini; 2. est universalis inhibitiva, ullam offensionem; 3. est particularis causativa, ut non vituperetur *etc.*

173. (c. 20^{r} - 22.^{v}) *Eadem die post nonam.* Ductus est Yhesus in desertum a spiritu ut temptaretur a dyabolo. Mat. 4. Dicitur 2. Reg. 23: Precurrerunt (?) tres fortes castra philistinorum etc. Et hodie in hoc evangelio tres fortes temptationes superavit. Ideo bonum est et predicationem tripliciter dividere, ut triplex astutia dyaboli superetur: innata, experta et coniecturata. Ductus est igitur Yhesus. Totum evangelium de tribus temptationibus tractatur; 1. est temptatio gule, esurivit; 2. est temptatio superbie, deorsum; 3. est avaritie, *dabo.* Ad 2.^{m} partem in qua querendum est qualiter spiritus noster in illo dulci secreto domini Yhesu ditatur multipliciter; scilicet: 1. Sapientia, 2. intellectu, 3. consilio *etc.* Ad 3^{m} partem, de sacramentis. In qua hodie querendum est que fuerunt remedia legis veteris. Dicendum quod principaliter fuerunt tria: scilicet decime, sacrificia et oblationes *etc.*

174. (c. 23^{r} - 25.^{v}) *Feria 2.* Ibunt hi in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam. Mat. 25. Dicitur gen. 19: profectus ergo Iacob, vidit puteum in agro tresque greges ovium accubantes iuxta eum *etc.* Tria notanda sunt in toto evangelio: 1^{m} est generalis congregatio, id est omnes gentes; 2^{m} est judicialis examinatio idest esurivi etc; 3^{m} est finalis determinatio, idest ibunt hi etc. Ad 2^{m} partem de dulcedine fidelis anime. Ubi hodie querendum est, qualiter spiritus noster in illo intrinsico dulcedinis Cristi Yhesu stabilitur et perpetuatur *etc.* Ad tertiam par-

Digitized by Google

tem de sacramentis. In quo queritur de remedio legis scripte: quid fuit circuncisio *etc.*

175. (c. 26^{r} - 28.^{r}) *Feria 3.* Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Mat. 21. Dicitur Prov. 30: tria sunt que bene gradiuntur etc. Unde, domus mea etc. tria notantur: 1° vitia expelluntur, i. eiciebat; 2° virtutes inseruntur, i. sanavit; 3° laudes beatitudinis perficiuntur, i. de regno Dei etc. Ad 2^{m} partem de dulcedine fidelis anime. Ubi queritur hodie, que et quot sunt itinera eternitatis dulcis et intrinsici secreti Christi Yhesu *etc.* Ad 3^{m} partem de sacramentis, ubi hodie queritur: An parvuli qui moriebantur ante diem octavum et non erant circuncisi perirent. Videtur quod sic *etc.*

176. (c. 29^{r} - 31.^{v}) *Feria 4.* Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, ipse meus frater, et soror et mater est. Mat. 12. Dicitur Eccli. 25: In tribus beneplacitum est *etc.* Quicumque igitur etc. Tria notantur: 1^{m} est 1 prave generationis e-exemplaris detestatio, i. generatio; 2^{m} est inique subgestionis spiritualis infestatio, i. cum immundus spiritus; 3^{m} est unite confessionis parentatis attestatio, i. quicumque *etc.* Ad 2^{m} partem in qua hodie querendum est quot sint itinera distincta ad eternitatis dulcedinem degustanda *etc.* Ad 3^{m} partem de sacramentis. Ubi hodie intramus legem novam eius sacramenta et remedia. Et ideo queritur generaliter de numero et ordine sacramentorum legis nove *etc.*

177. (c. 32^{r} - 24 A^{r}.) *Feria 5.* O mulier magna est fides tua. Mat. 15 Dicitur Eccli. 25: Tres species odivit anima mea etc. Tria notantur: 1^{m} est humani generis culpabilis infirmitas, quia male a demonio vexatur; 2^{m} est divini muneris optabilis sanitas, quia dicitur adiuva me; 3^{m} est vicini nunctii prestabilis caritas, quia sanata est *etc.* Ad 2^{m} partem de dulcedine fidelis anime. Ubi hodie occurrit considerare qualis sit eternorum recta intemptio que est primum iter eternitatis *etc.* Ad 3^{m} partem de sacramentis. Ubi hodie occurrit querere: An omnia sacramenta l. nove fuerint instituta a Christo immediate. Et videtur quod non *etc.*

178. (c. 34 B^{r} - 35^{v}.) *Feria 6.* Surge tolle grabatum tuum et ambula. Jo. 5. A tribus timuit cor meum etc. Ideo, surge, tolle et ambula, tria notantur: 1^{m} est imperfectum remedium contra humanam infirmitatem, probatica piscina; 2^{m} est perfectum presidium per divinam benignitatem, surge tolle etc. usque sanus; 3^{m} est infectum eloquium per immundam malignitatem, dicebant Judey *etc.* Ad 2^{m} partem, ubi hodie occurrit querere, qualiter intentio nostra rectificetur et simplificetur et quasi dey formis efficiatur *etc.* Ad 3^{m} partem de sacramentis. Ubi hodie occurrit querere: An baptismum Johannis fuerit sacramentum, et videtur quod non *etc.*

179. (c. 36^{r} - 37^{v}.) *Sabbato.* Domine bonum est nos hic esse, si vis etc. Mat. 17. Dicitur per dominum Yhesum, Matt. 18: In ore duorum vel trium testium stat omne verum etc. Domine etc. tria notantur: 1^{m} est virtuose societatis electio assumpsit; 2^{m} est gloriose felicitatis illectio, et resplenduit; 3^{m} est luminose nubesitatis collectio, ecce nubes *etc.* Ad 2^{m} partem. Ubi hodie occurrit querere, per que signa recta intentio cognoscatur *etc.* (Tertia pars deest, pro qua relinquitur alba c. 38.)

180. (c. 39^{r} - 40^{v}.) *Dominica 2. in mane.* Abstineatis vos a fornicatione. 1 Thessal. 4. Quia peccatum fornicationis adeo grave est *etc.* Ideo ait: abstineatis vos *etc.* Tria sunt examinanda: 1^{m} est quid est fornicatio; 2^{m} quare est prohibita fornicatio; 3^{m} est que habent causam fornicationis. Ad primum *etc.*

181. (c. 40) *Eadem die post nonam.* Transfiguratus est ante eos. Mat. 17. Hic mutavi modum predicandi ad instantiam auditorum, petentium me predicare ad detestationem vitiorum. Et ideo divido transfigurationem quia alia vitiosa, que fit de virtute in vitium. Alia virtuosa que fit de vitio in virtutem, alia gloriosa que fit de virtute in gloriam. Est igitur transfiguratio triplex: vitiosa, virtuosa, gloriosa *etc.*

182. (c. 42^{r}.) *Feria 2.* Si enim non crederitis quia ego sum, moriemini in pec-

Digitized by Google

cato vestro. Jo. 8. Ne eternaliter moriemur in peccato scire debemus: quid est peccatum, que sunt peccata mortalia, quis peccatorum effectus *etc.*

183. (c. 44.) *Feria 3.* Qui se exaltaverit umiliabitur. Mat. 23. Quia exaltatio sumitur a superbia, ideo sciendum est nobis: Quid est superbia, quare Deus odit superbus, quis superborum fructus. *etc.*

184. (c. 45^{r} - 46^{v}.) *Feria 4.* Quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Mat. 20. Intendens dominus Yesus suos discipulos commonere ne superbiantur et exortare ut se humile exhibeant, reprehendit duos fratres alta petentes, et placavit ceteros discipulos contra eos indignantes. Querendum est igitur circa superbie vitium de tribus: 1^{0} an superbia sit mortale peccatum; 2^{0} an appetere divinam similitudinem sit peccatum; 3^{0} an superbus possit esse sapiens vel sit potius stultus *etc.*

185. (c. 48) *Feria 5.* (Adsunt quedam circa superfluitatem et defectuositatem ad vitam necessaria; reliqua erant in c. precedenti deperdita. Que extant ita incipiunt) « . . . parte Fis. Thymot. ultimo: habentes alimenta et quibus tegamur hiis contenti sumus. Est ista superfluitas de qua supra dictum est — *Explicit*: aliud de statu hominis figuratur sive signatur. De materia Thom. 2. 2. q. 169.

186. (c. 49) *Feria 6.* Venite occidamus eum. Mat. 21. Quia de homicidio hic agitur, ideo investigandum est nobis circa materiam de tribus: 1^{0} quid est homicidium; 2^{0} quot modis committitur homicidium; 3^{0} utrum licet se occidere ne peccet. *etc.*

187. (c. 50) *Sabbato in festo annuntiationis in mane.* Nomen virginis Maria. Luc. 1. Quia nomina imponuntur ut aliquid significent, ut in prohemio sexti libri decret: Bonifacius, quasi bona faciens; ideo solummodo de hoc nomine Maria sermo vertetur. Sunt namque in hoc nonine 5 littere, et quinque habent significationes: Maria amarum mar *etc.*

188. (c. 51) *Eodem die.* Jam non sum dignus vocari filius tuus. Luc. 15. Filius ille qui talia loquitur est prodigus ille filius qui suam sabstantiam dissipavit. Ideo de prodigalitate odie tractandum est. Circa quam de tribus querendum est: 1^{0} quid est prodigalitas; 2^{0} an sit peccatum et quale; 3^{0} an sit maius peccatum quam avaritia. De hac materia per b. Thom. 22 quest. 119 ».

189. (c. 52.) *Dominica 3. in mane.* Avaritia nec nominetur in vobis. Ephes. 5. Quia radix omnium malorum est cupiditas. 1 Thess. 6., ideo ad destructionem huius radicis et per consequens omnium vitiorum, sciendum est: 1. quid est avaritia; 2. an sit mortale peccatum; 3. quare avaritia est detestanda.

190. (c. 53^{r}.) *Eadem die post nonas.* Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur. Luc. XI. Ut evitemus desolationis periculum, de tribus hodie investigandum est: 1. quid est discordia et unde oriatur; 2. nunquid discordia sit peccatum et an mortale; 3. quare discordia sive guerra debeat evitari. De materia tractatur per Thom. 2. 2. q. 34. Ad primum dicendum, quod discordia idem est quam disiiunctio cordium, idest dissentio ».

191. (c. 55^{r} - 56^{v}) *Feria 2.* Nemo propheta acceptus est in patria sua. Luc. 4. Ut intelligamus sine errore, scire debemus nos oportere investigare de tribus: 1. quid est prophetia sive propheta; 2. que sint commendabilia in prophetis; 3. quot sunt genera prophetarum *etc.*

192. (c. 57^{r} - 58^{v}.) *Feria 3.* Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Mat. 18. Quia correctio fraterna fienda est cum profectu et non cum defectu, scilicet ut lucremur, corripiendo, animam correcti, ideo si peccaverit *etc.* ubi de tribus querendum est: 1. an ista correctio sit sub precepto; 2. an peccator possit corrigère; 3. qualis ordo tenendus in correctione.

193. (c. 59^{r} - 60^{v}.) *Feria 4.* Qui male dixerit patri vel matri morte moriatur. Mat. 15. Ne morte digni simus eterna, inquirendum nobis est hic de tribus: 1. quid contineatur appellatio parentum; 2. an

Digitized by Google

licete possit quis maledicere alicui creature; 3. an maledictio sit peccatum mortale *etc.*

194. (c. 61^{r} - 62^{v}.) *Feria 5.* Exibant autem demonia a multis clamantia et dicentia, quia tu es filius Dei. Luc. 4. Pro intelligentia inquirendum est: 1. An angeli naturali cognitione potuerint cognoscere dominum venisse in carne; 2. An habuerint posse ope naturali cognitione cognoscere futura; 3. An loquutio conveniat angelis *etc.*

195. (c. 63^{r} - 64^{v}.) *Feria 6.* Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. Jo. 4. Quia aquarum diversi sunt effectus, ideo investigandum est: que sint aque proprietates; que sint aque significationes; que aqua hic a Yhesu intelligitur *etc.*

196. (c. 65^{r} - 66^{r}.) *Sabbato.* Perrexit Yhesus in montem Oliveti. Jo. 8. Licet istud evangelium de muliere in adulterio deprehensa principaliter eloquitur, attamen quia alias de fornicatione et adulterio supra predicavi, ideo de oliva aliqua considerare curavi, et breviter tria: 1. quoad pululationem, quia est puluta; 2. quoad fructificationem, quia est fructifera; 3. quoad specificationem, quia est speciosa *etc.*

197. (c. 67^{r} - 68^{v}.) *Dominica 4. in mane.* Quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc. Gal. 4. Quia persequutio multiplex est, 2 Thess. 1: ut gloriemur in ecclesiis Dei in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus quos sustinetis. Est namque persequutio alia v i l i s, Gal. 1. Persecutus sum ecclesiam Dei; d i a b o l i c a, Ex. 15: Dixit inimicus persequar et comprehendam; c a r n a l i s, ut in themate supra; t e m p o r a l i s, 1 Cor. 8: Persequutionem patimur et sustinemus; e t e r n a l i s, Prov. 13: Peccatores persequuntur malum. Sunt ergo circa materia tria breviter consideranda: 1. varii modi persequutionum; 2. varie pene persequutionum; 3. varie incendes patientium.

198. (c. 69). *Eadem die post nonas.* Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa que faciebat. Jo. 6. Quia hoc evangelio consignatur una ratio, quare turba sequebatur Yhesum, ideo magis distincte dicendum est quod aliqui sequebantur eum ut spiritualiter instruerentur, ut apostoli. Mat. 6: Doce nos orare; Aliqui ut corporaliter satiarentur etc... Unde hic de tribus querendum est: 1. quid sit miraculum; 2. quare fiant miracula; 3. an opera magorum sint miracula *etc.*

199. (c. 71^{r} et 72^{v}) *Feria 2.* Multi crediderunt in nomine eius videntes signa que faciebat. Jo. 2. (Post textum pauca aliqua sequuntur c. 72^{v}, ubi sic explicit: Sed non sic quasi qui interitur per linquam suam. Eccli. 28).

200. (c. 73^{r} - 74^{v}.) *Feria 3.* Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Jo. 7. Quia facies corporea *etc.* De tribus queritur: 1. an iudicare liceat quoquo modo; 2. an liceat iudicare ex suspitione; 3. an dubia sint in meliorem partem interpretanda etc.

201. (c. 75^{r} - 76^{v}.) *Feria 4.* Procidens adoravit eum. Jo. 9. Quia cecus natus, a Christo illumitatus, Christum adoravit *etc.* Querendum est de tribus: 1. quid est adoratio; 2. An Christus debeat adorari latria; 3. An creatura debeat adorari *etc.*

202. (c. 77^{r} - 78^{v}.) *Feria 5.* Resedit qui erat mortuus. Luc. 7. Ad hoc ut fugiamus superbiam considerare debemus mortis generalitatem *etc.* Tria nobis de morte consideranda occurrunt: 1. est quod vita presens est quasi mors nuncupanda; 2. est quod que in morte eveniunt sunt satis formitanda; 3. est quia ante mortem futura vita est preparanda *etc.*

203. (c. 79^{r} - 80^{v}.) *Feria 6.* Lazarus mortus est. Jo. XI. Quia mors quatruplex in sacra scriptura describitur, videlicet: M o r s n a t u r e, Ecc. 2: Moritur doctus pariter et indoctus; c u l p e, Sap. 1: Deus mortem non fecit; J e e n n e, Rom. 6: Stipendia peccati mors; g r a t i e, Col. 2: Si Mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi etc. Et subditur: Mortui enim estis et vita vostra abscondita est cum Christo. De morte igitur tria sunt querenda: 1. An mors sit bonum vel malum; 2. An

Digitized by Google

mors sit a Deo; 3. an mors sit pena pro peccato *etc.*

204. (c. 81r - 82v.) *Sabbato.* Et si ego iudico iudicium meum verum est. Jo. 8. Quia ut verum sit iudicium tria principaliter requiruntur (sapientia, iustitia, potentia)... Applicando autem ad futurum iudicium tria sunt querenda: 1. est an sit futurum universale iudicium; 2. est an iudex ab omnibus videbitur gloriosus; 3. est quis erit locus iudicii *etc.*

205. (c. 83r - 84 .) *Dominica de paxione in mane.* Per proprium sanguinem introivit semel in sancta eterna redemptione inventa. Hebr. 9. Quia per proprium Christi sanguinem *etc.* Tria consideremus: 1. quot vicibus Christus sanguinem manavit; 2. quid a nobis exigat qui sanguine inundavit; 3. que nobis utilitas si sanguis exuberavit *etc.*

206. (c. 85r.) *Eadem die post nonas.* Qui ex Deo est verba Dei audit. Jo. 8. Sicut sanctitas dicitur propter rationem corporis humani quam anime, iuxta illud apostoli ad Cor. 7: ut sit sancta corpore et spiritu *etc.* (Seguono poche altre righe quasi illegibili).

207. (c. 81r) *Feria 2.* Queritis me et non inveneritis. Jo. 7. Ne cum principibus et phariseis atque cum ministris et Judeis queramus et non inveniamus sed potius cum humilibus et plebeis atque iustis cananeis queramus et inveniamus; idcirco queramus yhesum sine dilatione et pigritia. Is. 55: Querite Dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est. Sine simulatione et malitia. Sap. 1: In simplicitate cordis querite illum, sine diminutione et nequitia. Et Par. 12: In tota voluntate sua quesivit dominum Deum suum. Tria sunt consideranda: 1. qualiter Christus sit querendus ut inveniatur; 2. ubi sit querendus ut inveniatur; 3. quid ab eo sit querendum ut inveniatur».

208. (89r - 90r) *Feria 3.* Murmur multus erat de eo in turba. Jo. 7. Quia iudeorum aliqui murmurabant contra Christi dignitatem *etc.* Tria insinuantur: 1. ut noscamus murmuris quidditatem, idest murmur 2. ut avertamur contra Christum murmurare, idest de eo; 3. ut caveamus e contra per Christum nos turbari, idest in turba *etc.*

209. (c. 91r - 92r) *Feria 4.* Quousque animam nostram tollis? Jo. 10. Quia anime humanē Deus est creator *etc.* Tria sunt consideranda circa animam: 1. An anima aliquid sit; 2. quid sit anima; 3. ad quid sit anima *etc.*

210. (c. 93r) *Feria 5.* Fides tua te salvam fecit. Luc, 7. Quia si diversi modi consideratur fides *etc.* Tria consideremus: 1. an fides sit necessaria ad salutem; 2. an teneantur omnes ad habendam explicitam fidem; 3. An confessio fidei sit necessaria ad salutem *etc.*

211. (c. 95r - 96r) *Feria 6.* Cayfas cum esset pontifex anni illius prophetavit, quia yhesus moriturus erat pro gente. Jo. XI. Quia non solum bonis et sanctis viris *etc.* Ut igitur .... per prophetiam instruamur tria sunt nobis consideranda: 1. utrum propheta cognoscat omnia que prophetat; 2. utrum sit aliqua prophetia a demonibus; 3. utrum prophetie demonum sint vere *etc.*

212. (c. 97r) *Sabbato.* Nunc iudicium est mundi. Jo. 12. Quia mundus quadrupliciter distingui potest: est enim mundus archetipus, idest divinus intellectus ut dicit Mercurius. Est mundus universus orbis. Est mundus microcosmus, idest homo, hoc est universitas hominum. Et hec subditur quia aliqui boni sunt aliqui mali. Et ut lucidius predicta per subdistinctiones intelligamur sciendum est quod mundus: 1m est comprehendendus; 2m est comptenendus; 3m est continendus; 4m est conterendus».

213. (c. 99r) *Dominica in ramis palmarum in mane.* Hoc enim sentite in vobis quod et in Christo yhesu. Phyl. 2. Quia in Christo sentimus summam maiestatem totius potentie, Eccl. 3: Plurima ei supra sensum humanum tradita sunt. Summa veritate totius sapientie, Sap. 6: Cogitari de illa sensus est consumatus. Summam bonitatem, totius clementie, Sap. 1: Sentite de domino in bonitate. Et quia bonum sentimur in Christo yhesu formam penitentie, ideo de ea predicandum est. De qua hodie tripliciter queratur: 1. quid

Digitized by Google

est penitentia; 2. an penitentia sit virtus; 3. an sit pars iustitie ».

214. (c. 101r) *Eadem die post nonas.* Adduxerunt asinam. Mat. 21. Quia Dominus quosdam ducit per artitudinem penitentie, Mat. 7: arta est via que ducit ad vitam; quosdam per rectitudinem iustitie, Prov. 4; ducam te per semitas equitatis; quosdam per solitudinem contemplationis, Prov. 4: ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius. Quos omnes perseverantes ducit ad celsitudinem glorie, Mat. 17: duxit omnes in montem excelsum. Pro qua optinenda *etc.* Adduxerunt asinam ut supra. Ista asina adducta debet significare penitentiam. De qua ad presens tripliciter queratur: 1. An penitentia sit in beatis; 2. an penitentia possit acquiri; 3. an concipiatur ex timore ».

215. (c. 103r) *Feria 2.* Fecerunt autem ei cenam. Jo. 12. Quia cena alia mala *etc.* Et quia cena quam fecerunt Christo Lazarus, Maria et Martha significat nobis penitentia, ideo de tribus hic queritur: 1. quot sunt actiones penitentie; 2. quantum durat tempus penitentie; 3. qualis debeat esse penitentia *etc.*

216. (c. 105r) *Feria 3.* Venit mulier habens alabastrum unquenti. Mat. 14. Quia venire debemus ad Christum tanquam famuli *etc.* Ideo de penitentia hodie tria queratur, videlicet: 1. que nos inducunt ad penitentiam; 2. que nos revocant a penitentia; 3. quis effectus penitentie *etc.*

217. (c. 207r) *Feria 4.* Quid dormitis? Surgite et orate ne intretis in temptationem. Luc. 22. Quia ex tediosa dormitione culpabili *etc.* Et sic de penitentia tripliciter queritur: 1. que sunt penitentie partes: 2. que sit penitentia falsa; 3. que sit penitentia solempnis *etc.*

218. (c. 109r) *Feria 5. in cena Domini.* Probet autem se ipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat. 1 Cor. XI. Quia hodierna cena fuit admirabile sacramentum sanctissimi corporis et sanguinis domini yhesu; ideo ad tam arduum sacramentum accessurus probet se ipsum quoad Deum, quoad se ipsum, et quoad proximum »

219. (c. 111r - 112v) *Feria 6 in parasceve.* Heu, heu, heu Domine mi, quid faciemus? 4. Reg. 6. Verba sunt ministri Elisey quando vidit exercitum regis Syrie. Quia hodierna dies lamentationis est et ve *etc.*

220. (c. 113r - 114v) *Sabbato santo.* Angelus autem domini descendit de celo et accedens revolvit lapidem. Mat. 28. Quia in sanctis angelis *etc.* Notatur triplex seppellitorum bonum: 1m dominice passionis imitatio, 2m est catholice imitationis adequatio; 3m est celite contemplationis elevatio *etc.*

221. (c. 115r - 116v) *In die sancto Pasce in mane.* Pasca nostrum immolatus est Christus. 1. Cor. 5. Quia Christus immolatus est pro nobis, ideo debemus nos immolare sibi: 1. propter carnis mortificationem, Rom. 12: exibeatis corpora vestra hostiam viventem; 2. per laudis exhibitionem, Ps.: Immola Deo sacrificium laudis et redde altissimo vota tua; 3. per iuris observationem, Prov. 17: Iustitia magis accepta est Deo quam immolari hostias *etc.*

222. (c. 118) *Eadem die post nonas.* Surrexit non est hic. Marc. 16. Quia non solum testimonio angelico etc. (pauca aliqua sequuntur).

223. (c. 119) [*De Trinitate*] Sicut sol lucet, idest virtute sua. Apoc. 11. Tres actus: 1. est solitius; 2. est productius; 3. est diffusius. Sol enim idem est quod solus, et Deus solus est *etc.*

224. (c. 120r) [*De veritate*] Ego si veritatem dico vobis. Jo. 16. Totum evangelium plenum est veritate, et ter hodie nunctiatur veritas. Et veritas domini manet in eternum. Ps. Sed probari oportet aut est veritas aut non est; si est eterna est, si non est; ergo verum est quia veritas non est. Tres enim veritates, scilicet rerum, vocum et morum *etc.*

225. (c. 122r - 123v) [*De oratione*]. Quodcumque peteritis patrem in nomine meo dabit vobis. Jo. 16. Tria demonstrantur in hoc evangelio: 1. vita contemplativa, idest quodcumque; 2. vita infectiva, idest modo; 3. vita perfectiva, non rogabo *etc.*

Digitized by Google

226. (c. 124r - 125v). *De ascensione.* Ascendit super Cherubin et volavit super pennas ventorum. Ps. Quantum humana natura glorificata fuerit meritum est cogitare; sic domino concedente cum ipso ascendemus. Anima nobilis tres habet operationes; animales ab extra, intellectuales ab intra, et divinales a supra *etc.*

227. (c. 126r) *Eadem die post nonas.* Videte manus meas et pedes meos. Luc. ultimo. Quia manus alia Dei, alia hominis, alia diaboli: manus Dey potens est ad benefitium, ad premium et ad supplicium. De primo *etc.*

228. (c. 126v - 127r) [*Dominica infra octavam ascensionis*]. Cum venerit paraclitus etc. Jo. 16. In hiis verbis tria signa ponuntur: operationis primi producentis, a patre procedit; operationis iusti redimentis, et vos mihi; operationis veri patientis, venit hora *etc.*

229. (c. 127v) [*De Spiritu Sancto*]. Spiritus domini ferebatur super aquas. Gen. 1. Rex Robertus in suo tractatu, ponit tres amores: unus est amor appropriationis, scilicet primi et eterni principii, ut primo se diligat quam alium; sicut sol primo se illuminat quam alterum. Et sic est in patre quando primo se intellexit. Apparet de igne, qui habet 1. potentiam; 2. splendorem; 3. calorem *etc.*

230. (c. 128v) *Dominica in octava pasce.* Accipite Spiritum Sanctum. Johannes 2°. Ut bona voluntas confirmetur necesse habet accipere Spiritum Sanctum ex quo habet perseverantiam usque in finem *etc.*

231. (c. 132r - 133v) *In festo apostolorum Philippi et Iacobi.* Stabunt iusti in magna constantia. Sap. 5. dicitur Ecc. 2. Fili accedens ad servitium Dei sta in iustitia et timore et prepara animam tuam ad temptationem. Tres virtutes in verbis propositis describuntur. Prima fortitudo corporalis. Stabunt iusti; 2. fortitudo spiritualis, in magna constantia; 3. patientia finalis, adversus eos. Utilitates tribulationum hodie describentur: quatuor fructus in incipientibus, 4. proficientibus, et 4. perfectis *etc.*

232. (c. 134). *Jacobi et Philippi.* Mirabilis Deus in sanctis suis. Ps. Exurgat Deus. In quo psalmo prophetantur opera Christi et per sanctos Jacobum et Philippum laudabilia: 1. opera ipsorum; 2. opera persecutorum contra eos *etc.*

233. (c. 135r - 136r) [*De oratione*]. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Ps. Due orationes: una vocalis et alia mentalis, et alia effectualis. Ad primam 7 requiruntur *etc.*

234. (c. 137r - 138v) *In inventione sancte crucis.* Hoc enim sentite in vobis quod et in Christo yhesu. Phil. 2. Secundum doctrinam Dyonisii, maior status humane mentis est experientia sentiendi de Domino medullitus, gustando quasi suavius *etc.*

235. (c. 139r - 140v) [*De cruce*]. Vincenti dabo edere de ligno vite. Apoc. 3 sive 2. Arbor vite est crux Christi que datur victori. Tres contemplationes sunt hic fiende: 1. de subiecto, quia vincenti; 2. de dulcore, quia dabo edere; 3. de amorosissimo subiecto, quia de ligno vite *etc.*

236. (c. 141r - 143v) [*De amore*]. Sic Deus dilexit mundum. Jo. 30. Quatuor amores per doctores theologos distinguntur: amor increatus, innatus, acquisitus, infusus. Ad primum. Et amor equalitatis, unitatis, immutabilitatis *etc.*

237. (c. 144-151, 154-161) [*De confessione*].

a) De necessitate confessionis, secundum 7 leges, videlicet: Politicam, quia cum sponte confesso *etc; deinde*: phisicam, Moysycam, propheticam, evangelicam, apostolicam, canonicam *etc.* (de qua ultima per 39 conclusiones).

b) De qualitate confessionis. 1. conclusio, quod confessio debet esse integra, in verbo *omnia, etc.* (Conclusiones sunt 16, cc. 148-151. Exinde sequitur de comunione, ut sub numero 238).

c) [De confessione facienda proprio sacerdoti]... 43. conclusio, quod proprius sacerdos est parrocchialis *etc.* (a conclusione 40 ad 125, e quibus desunt 40-42, quia folium respectivum est ablatum. Post quas, conclusiones secuuntur ut infra).

d) [De confessario]. 126 conclusio est quod confessor debet diligenter

Digitized by Google

inquirere peccatoris circumstantias et peccati, in verbo: diligenter inquirens peccatoris circunstantias et peccati, quibus prudenter intelligat, quale debeat prebere consilium et cuiusmodi remedium adhibere *etc.* (De quibus in 16 capitulis, et exinde chartae albae).

238. (c. 152) [*De comunione*] Accipite et manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Luc. 22. Transumptive autem 1. ad Cor. XI. et in epistola hodierna. In quibus quidem verbis tria sunt breviter indaganda, videlicet:

- 1m est huius sacramenti necessitas: accipite et comedite;
- 2m est huius sacramenti veritas: hoc est corpus meum;
- 3m est huius sacramenti utilitas: quod pro vobis tradetur;

Quoad primam quinque sunt consideranda, videlicet.

Necessitas quintuplex videlicet

1m Necessitas	1. Queritur: An hoc sacramentum sit necessarium ad salutem.
2m Etas	2. In qua etate est necessarinm.
3m Qualitas	3. Qualis debet esse qui recipit.
4m Temporalitas	4. Quo tempore debet recipi
5m Penalitas	5. Quam penam incurrit qui non recepit.

Figurata quintuplex videlicet.

1 Figurata	In ligno vite. Gen. 2.
2 Prophetizata	In Melchisedech. Gen. 14.
3 Indicata	In agno pascali. Ex. 12.
4 Declarata	In manna celesti. Ex 16.
5 Refrenata	In sacrificiis et sanguine. Lev. 1 et per totum.

De etate ten. cum Thoma in 4^0 Sent. Dist. 9, videlicet de 10 vel 11 annis.

Pro qualitate consideranda sunt tria videlicet:

Conscentia	Pro conscentia quod sit sine mortali.
Diligentia	Et nota figura. Item notatur sacramentum et rem etc.
Abstinentia	Item sacramentaliter et spiritualiter. Item nota notorios suspectos et reversos et qui sunt notorii etc.

Pro diligentia nota ordinem caritatis. Pro abstinentia nota de ieiunio et de catitate et de vanitate.

239. (c, 196^r-174^r) [*De clericis concubinariis*]. Omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur. Ex. 13. Sumitur transumptive Luc. 2. Quia in verbis propositis, videtur posse excusari omnis partus et per consequens ratione partus etiam et coytus. Et partus dicitur sanctum domino, quia adaperiens vulvam *etc.* Ideo ut apertius thema interpretamur, quia promisi predicare de concubinis et concubinariis clericis, querendum est de pluribus, sed ex conclusionibus infra positis apparebit veritas solummodo. Et notatur quod materia subiecta est notoria fornicatio clericorum. Prima conclusio est, quod notorius fornicator etc. (Sunt 7 concl.).

240. (c. 191^z 194^r) [*De conceptione immaculata B. Mariae Virginis*]. Tota pulchra es amica mea et macula originalis non est in te. Cant. 4. Dicit beatus Augustinus 22. de Civit. c. 19: Omnis pulchritudo corporis est partium convenientia. Ubi tria breviter sunt consideranda: 1m est huius gloriose virginis formositas decorata, quia tota pulcra; 2m est eiusdem gloriose virginis caritas inflammata, quia amica mea; 3m est eiusdem conceptionis integritas preservata, quia macula non est in te *etc.*

241. (195^r-197^r) [*De sancto Sabba confessore*]. Lesan quoque genuit Sabbam. Gen. 25 (?). Serenissimi ecclesiarum principes, reverendissimi patres, singularissimi domini et preceptores optatissimi. Si celi volucres volucrumque pinne *etc.*

Dal Codice XXXII di Capestrano (1).

242. (fol. 24^r) *De immortalitate anime.* Quod anima sit immortalis probatur per sacram scripturam, per rationabilem naturam, per phisicam perfecturam. Nolite timere eos qui occidunt corpus *etc.*

243. (25^r 26^v) *De Cruce.* Lignum vite in medio paradisi. Gen. 2. In quibus verbis tria notantur: 1^0 de lo arbore de la croce la preciosità, in ligno vite; 2^0 de

(1) Non tutti i sermoni di questo codice sono autografi, ma li ritengo tutti del Santo per le ragioni addotte nelle *Reliquie letterarie capestranesi*, p. 83. Dalla poesia anonima « *Venite tutte creature grate* », allegata nel sermone 149, si deduce che almeno questo fu recitato a Girgenti, forse nel 1444, in cui S. Giovanni fu in Sicilia. Vedi a p. 6. in l. c.

Digitized by Google

la sua suntuosità, ibi in medio; 3° de la sua località, ibi paradisi. Quantum ad primum, crux benedicta *etc.*

244. (30v 69r) [*De septem verbis virginis Mariae*]. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Ps. 108. In quibus verbis tres considerationes mihi occurrunt: Primo uno gusto suavissimo, uno subiecto, uno obiecto. Quantum ad primum de gusto suavissimo, in quo notantur septem verba *etc.*

245. (31) *De Assumptione B. M. Virginis.* Elevata est magnificentia tua super celos. Ps. Magnificentia regis consistit in larga distributione donorum; et dona supernalia sunt a rege regum virgini matri distributa. Ideo convenienter de ipsa dicitur elevata est etc. Et secundum hanc magnificentiam duplicem describitur in verbis istis: 1. quod ad locum de quo fuit elevata..., 2. quam ad terminum ad quem fuit exaltata, cum sequitur, super celo *etc.* (1).

246. (32r) [*De eodem subiecto*]. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. Ps. 44. In verbis Assumptionis virginis Dei Genetricis hodie in celum assumpta introducta quatuor admiranda, videlicet: ut presentata celi palacio, ut perlata celi collegio, ut locata in celi solio, ut ornata celesti palio. Primo probat status principalis, quia astitit *etc.*

247. (32v) *De Nativitate b. M. Virginis.* Orietur stella ex Jacob et consurget virga de Israel. Num. 33. In quo verbo Nativitas virginis gloriose dupliciter introducitur: 1. quidem in mundum sideris nascientis, cum promictitur: Orietur stella ex Jacob; 2. in modum virge exurgentis, cum additur, et consurget virga ex israel. *etc.*

248. (33) *De Corpore Christi.* Pluit illis manna ad manducandum. Ps. 77. Quoad secundum principale, scilicet singularis similitudo, diligenter actende quod sactissimum corpus Christi peroptime figuratur per manna, quod Deus pluit Judeis in deserto, ut habetur Ex. 16: ubi notande sunt conditiones vel circumstantie ipsius ad Christi corpus pretiosissimum applicande. Prima conditio *etc.*

249. (34r-37v) *De confessione.* Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus. Ps. 42. Ubi tria confessionis misteria denotantur: 1. de la sua necessità, i. confitebor; 2. de la sua sonorità, i. cithara; 3. de la sua virtuosità, i. Deus Deus meus. *etc.*

250. (38r) *In festo beati Bartholomei, de prudentia et simplicitate apostolorum.* Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Mat. XI. Prudentia necessaria est in precavendis malis, simplicitas in faciendis bonis... Prudentia serpentis in tribus consistit cum sit nature frigide, solem diligit, in atro foramine pellem deponit, corpus pro capite exponit *etc.* Est vero simplicitas: colombina, ovina, asinina, scorpionina *etc.*

251. (39) *De reformatione anime.* Emitte spiritum tuum et creabuntur et renovabis faciem terre. Ps. 103. Cum omnis creatura tam spiritualis quam corporalis *etc.* In quibus quidem verbis tria per ordinem denotantur: 1m dono amorosissimo, ibi emitte spir.t; 2m acto desideratissimo, ibi, et creabuntur; 3m effecto iucundissimo, ibi, et renovabis faciem terre *etc.*

252. (40r 41r A). *De misericordia Dei et hominis.* Misertus dominus servi illius omne debitum dimisit illi. Mat. 18. Quia hic agitur de miseratione, idcirco sunt plures articuli declarandi *etc*: 1 que est virtus a qua (misericordia) oritur; 2 que est virtus a qua ipsa generatur; 3 que est virtus a qua ipsa comitatur, 4 quod est vitium cui ipsa opponitur *etc.*

253. (41) *De inferno.* Convertantur peccatores in infernum. Ps. 9. Ubi notantur tria: 1. una interminabile punicione; 2. una orribile causacione; 3. una irremediabile perdicione. Quoad primum *etc.*

254. (42rB) *De passione Christi 18 utilitates.* Sana contrictiones eius quia commota est. Ps. 59. Ubi tria de Christi

(1) Lo stesso sermone si riscontra nel codice V F 18, fol. 88-95, della Bibl. Nazionale di Napoli, attribuito al nostro Santo dal suo segretario fra Nicola da Fara.

Digitized by Google

passione pretiosissima denotantur, videlicet: 1. uno medicoli nobilissimo, i. sana; 2 uno angustiamento penalissimo, i. contrictiones eius; 3. uno excitamento suavissimo, i. quia commota est. etc.

255. (43v - 43r) *De nomine Ihesu.* Satum et terribile nomen eius. Ps. cx. In quibus verbis tres contemplationes denotantur: 1. uno vigore ammirabile, sanctis et iustis; 2 uno terrore tremefactibile et terribile, reprobis; 3 uno dulcore inenarrabile, nomen eius. Quoad primum *etc.*

256. (44rA - 46rA) *De Jeiunio.* Jhesu fili David miserere mei. Luc. 18. Ista sunt verba ceci nati *etc.* Ubi notatur quod si ad celestem Jerusalem ascendere cupimus 7 sunt itineris gradus: 1 Primus erit laboriosus, scilicet ieiunium; 2 gaudiosus, s. ieiunium; 3 spinosus, s. gulositas; 4 dolorosus, s. confessio; 5 anxiosus, s. restitutio; 6 penosus, s. disciplina; 7 timorosus, s. de infernali pena. Quoad primum *etc.* (Desinit: Ita dominus acceptat in gloria. Amen. Deo gratias. Amen).

257. (46rA - 47vA) *De confessione.* Jhesu fili David miserere mei. Luc 18. Hodie sequitur 4. ascensus, s. dolorosus, qui dicitur confexio, sed in fine, dicitur dulcorosus; sine quo nullus adultus potest salvari, licet in fide et confexione parentum salvantur pueri baptizati. De citharista in Ps. 42: Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus etc. In quibus verbis 3 consideranda sunt: 1° sua necessitas, quia confitebor; 2 sua soavitas, quia in cithara; 3 sua utilitas, quia Deus Deus meus *etc.* (Iste sermo est completior sermone 331, hic fere ad litteram repetitus).

258. (47vB. 49rA). *De disciplina.* Jhesu fili David miserere mei. Luc. 18. Verba sunt ceci *etc.* Hodie sequitur 6. ascensus ad Jerusalem cum Christo Jesu, qui ascensus vocatur penosus alias disciplina . . . De qua dicit Ps. 2: Ne quando irascatur dominus et pereatis de via justa . . . In quibus verbis tres admirabiles considerationes notantur: una amplectibile admonitione, quia apprehende disipulinam; una terribile comminacione, quia nequando irascatur Deus; una interminabile dampnacione, quia et pereatis de via justa *etc*

259. (49ra 50v). *De sodomia.* Jhesu fili David miserere mei. Luc. 18. Ista verba sunt ceci iuxta viam mendicantis *etc.* Hodie sequitur 7 ascensus vel potius descensus, qui dicitur flagitiosus vel vituperosus vel fetidosus, s. sodomia maledicta . . In quibus verbis (disperierunt in Endor et facti sunt ut stercus terre Ps. 82), tres considerationes notantur: Primo uno acto multo facinoroso; 2 uno processu assay vergognuso; 3 uno successo flagicioso et pernicioso. Circa primum tria notantur *etc.*

260. (50vA. 51vA *De conversione peccatoris ad penitentiam.* Jesu fili David miserere mei. Luc. 18. Verba sunt ceci sed virtute Christi illuminati . . . Volo hic exponere totun evangelium. Egressus Jhesus etc. Mat. XV. In hoc evangelio habetur forma et doctrina conversionis ad penitentiam. In qua conversione tria principaliter requiruntur: 1 La dolceza divina vel condescensione, quia egressus Jhesus; 2 La humana convertencia, vel commutacione, quia ecce mulier can; 3 La optata et desiderata sanacione, quia miserere mei *etc.*

261. (51v 52r) *De religione ad religiosos.* Redde altissima vota tua. Ps. 49. Ubi 3 notantur: 1 Quis obligatur, quia religiosus, idest redde; 2 cui obligatur, quia summo Deo, idest altissimo; 3 ad quid obligatur, quia votum, idest vota tua *etc.*

262. (52v - 53rA) *De humilitate.* Vide humilitatem meam. Ubi tria notantur: 1 una illuminosa irradiacione; 2 una graciosa subiectione; 3 una dulcorosa sanctificatione. Quantum ad primum *etc.*

263. (53) *De confexione.* Notatur 1 la sua necessità; 2 la sua dubietà; 3 la sua utilità. Quantum ad primum *etc.*

264. (54r) *De equo spirituali.* Non in fortitudine equi voluntatem habebit. Ps. 146. Ubi tria notantur: 1 una potencia vigorusa, i. in fortitudine; 2 una complacencia grociusa. i. equi; 3 una diligencia dulcorosa, i. voluntatem habebit.

Digitized by Google

Quantum ad primum notatur quod equus animal 3 habet conditiones ad hoc ut sit aptus in bello *etc.*

265. (54^{v}B 55^{r}) *De paradiso.* Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Ps. (83). Ubi tria notantur: de li habitaturi la beatitudine, i. beati; 2 de li beati la numeracione, idest qui habitant in domo tua; 3 de li beati la continua laudacione, i. in secula seculorum. Quantum ad primum dicit Augustinus *etc.*

266. (55^{v}B - 56) [*De restitutione*]. Restitues hereditatem meam mihi. Ps. 16. In quibus verbis quatuor denotantur, et quatuor predicationes de restitutione sunt fiende: 1 Quod Deus est. Quis s. debet restituere; 2 quid est id quod debet restituere; 3 est cui debet restitui. Quantum ad primum notantur regulari *etc.* De secundo principali huius sermonis ad fol.70.

267. (57^{r} - 58^{v}) *De merchantia.* Negotiatores terre flebuntur. Apoc. 18 cap. contra negotiatores terre. Et nota differentiam inter mercatores celi et terre.. Unde circa mercanciam tria notanda sunt: 1 circa suam decentiam; 2 circa suam condecentiam; 3 circa suam circunstantiam *etc.*

268. (58^{v}) *Notatur de coronatione helemosine scilicet de zurlanda, que est secunda pars.* Secunda pars helemosine est sua coronatio. Ad cuius coronationem notantur XV speciosas frondes positas in eius preciosa corona. Quarum prima est libera volitio *etc.*

269. (61^{r}A) [*Exordium de Assumptione*]. Volendo io questa maytina primo ad honore lauda magnificentia et gloria de la gloriosissima vergine . . . prendendo per nostro thema *etc*: Elevata est magnificentia tua super celos. Ubi duo particulariter sunt notanda: 1 una magnificentissima et mirifica elevacione; 2 una gloriosissima et super celsifica locacione ».

270. (65^{r}B - 61^{v}) *De sancto Iohanne evangelista.* Dilectus meus mihi et ego illi. Cant. 2. Perchè el gloriuso Apostolo messer sancto Johanni evangelista preccelso servo, dice Gregorio *etc.* IX singulari et egregie contemplationi farremo: 1 de la sua verginal derivacione; 2 de la sua verginal sposacione; 3 de la sua familiari adhesione; 4 de la sua visceral dilectione; 5 de la sua filial adoptione; 6 de la sua evangelical intonacione; 7 de la sua presagial assimilacione; 8 de la sua insular relegacione; 9 de la divinal nel suo fine apparicione *etc.* (Fogli 62 63 in bianco).

271. (64^{r}A) *De die Iudicii.* Fratres carissimi, retulit sanctus Matheus evangelista, qualiter discipuli interrogaverunt Dominum, et dixerunt: Domine dic nobis quando erit dies iudicii *etc.*

272. (64) *De merito sanguinis Christi.* Ambrosius. Omnia enim Christus est nobis. Si vulnus curare desideras medicus est *etc.*

273. (69^{v} 70^{r}A) *De contrictione.* Cor contritum et humiliatum Deus non despicies. Ps. 50. Ubi tria notantur: 1 la sua diffinicione; 2 la sua figuracione; 3 la sua inducione. Quantum ad primum, s. la sua diffinicione, tria sunt notanda: 1 la quidità, 2 la quantità, 3 la virtuosità *etc.* (S. Giovanni avvertì in margine: Nota in sermone quem copiasti tanquam partes principales. - Cf. n. 266).

274. (71^{r}B - 71^{v}A) *Notantur mirabiles et optimi effectus jeiunii.* Primus de li vicii extirpativo. Gregorius in prephatio: Qui corporali ieiunio vicia comprimis *etc.*

275. (71^{v}B - 72^{v}). *De proprio amore.* Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Ps. 13. Hic Spiritus sanctus nobis indicat adeptam fatuitatem ad quam vilis sus peccator devenit, cum dicit Deum non esse *etc.* In quo Spiritus sanctus tria de bestiali fatuo nobis demonstrat: Primo la sua obcecacione, i. dixit insipiens, idest privatus lumine intellectus; 2 la sua obstinacio, i. in corde suo, idest durissimo et obstinato; 3 la sua desperatione, i. non est Deus, nihil ultra quod sibi placet. Hos enim tres interitus *etc.*

276. (73^{r} - 74^{v}). *De nomine Jhesu pulcro.* Domine in lumine tuo ambulabunt et in nomine vultus tui oxultabunt tota die. Ps. In quibus verbis tres dulcissime contem-

Digitized by Google

plationes mihi occurrunt: 1. uno luminoso splendore, i. Domine in lumine; 2 uno amoroso dulcore, i. et in nomine vultus; 3 uno magnifico et precioso vigore, exultabunt *etc.*

277. (74^{v}A) [*De gaudio*). Gavisi sunt discipuli viso Domino. Jo. XX. c. In quibus sacratissimis verbis tres magnificas et efficaces consideraciones faciemus: 1. una spiritual exultacione, quoad affectum, i. gavisi; 2. una luminosa conversione quoad effectum, i. discipuli; 3. una divinal visione quoad intellectum, i. viso Domino. *etc.*

278. (75^{r}-81^{r}), *De custodia lingue.* Dixi custodiam vias meas ut non delinguam in lingua mea. Ps. 38, qui incipit eodem modo . . . In quibus sacris verbis exprimuntur tres prudentie luminose a prudentibus imitande, quarum: 1. in discrectione, i. dixi; 2. in circuspectione, i. custodiam vias meas; 3. in conversatione, i. ut non delinguam in lingua mea *etc.*

279. (82^{r}). *In festo sancti Silvestri.* Predica verbum. 2 ad Thim. 4. Inter alios doctores et pastores quod hoc sacrum apostoli documentum *etc.* s. carte bianche

280. (85^{r}) *De luxuria.* Nemo dicat fratres quod temporibus nostris martirum certamina esse non possunt; habet enim pax martires suos. Nam iracundiam mitigare, libidinem superare etc. *Desinit*: « mediator Dei et hominum cuius misericordia plena est terra. Amen ».

281. (85^{v}) *Humilitatis nutrimenta.* Notatur quod 9 sunt que humilitatem nutriunt. Primum est meditatio proprie conditionis. Unde Eccli. X: quid superbis terra et cinis? *etc.*

282. (86). *De regno celorum.* Simile est regnum celorum homini seminanti bonum semen in agro suo. Mat. 13. Detinebant illum ne discederet ab eis; s. Galilei, quibus ipse ait: Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei *etc.* Sex de regno celorum consideranda: 1 quid sit regnum celorum, 2 ubi sit, 3 quale sit, 4 quantum sit, 5 quorum sit, 6 de parabulis *etc.*

283. (87^{r}) *De penitentia et fructibus eius.* Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum celorum. Mat. 3 cap. Quia enim secundum verba expressa beati Dyonisii, de Divinis nominibus, sicut iste sol magnus *etc.* In quo quidem sermone, duo penitentie insignia demonstrantur per ordinem; quorum primum est penitentie actus, quod premictitur cum dicitur penitentiam agite etc.; 2^{m} est penitentie fructus, quod subsequitur cum additur, appropinquavit enim regn. celorum *etc.*

284. (89^{r}-88^{v}) *In assumptione beate Marie Virginis* Que est ista *etc.* Cant. 6. Sicut dicit beatus Jeronymus: Timeo satis et valde pertimesco *etc.* In quibus verbis duo tanguntur: 1^{m} admiratio, idest que est ista; 2^{m} admiracionis causa. Et hec est duplex; 1 est magnitudo splendoris et claritatis, idest quasi aurora consurgens; 2 est magnitudo et pulcritudo comitatus et societatis, idest terribilis ut castrorum acies ordinata *etc.*

285. (90^{r}) *De navi vel barca.* Notatur de navi et hiis que debet habere. Navis debet habere: malum, velum et duo ligna, inter qua velum extenditur super inferius ceheruleum, quem gallum ventum observantem vocare possimus. Cordas, remos, gubernaculum, ancoram, escam non nocivam. Rethe etiam debet habere ut de piscibus capiat. Navis significat fidem *etc.*

286. (90^{v}A) *De sancto Mathia.* Beatus quem elegisti et assumpsisti habitabit in atriis tuis Ps. LXIIII. In verbis prepositis . . . ad commemorationem et magnificentiam gloriosi apostoli beati Mathie tria possumus considerare: 1 una divina eleccione, i. beatus quem elegisti; 2 una honorifica sublimacione, i. et assumpsisti; 3. una eterna remuneracione, i. habitabit in atriis tuis *etc.*

287. (91^{r} 92^{r}A) *De peregrino et suis conditionibus.* Tu solus peregrinus es. Luc. ultimo C. Quia vero Jesus post suam resurrectionem discipulis euntibus in Emmaus in specie peregrini apparuit, sicut evangelium hodierne solemnitatis declarat; idcirco ad declarationem hodierne solemnitatis convenit assumere verbum

Digitized by Google

istum. In quo quidem verbo sanctus Cleopas introducit 4. misteria pertinencia ad personam domini nostri Jhesu Christi. Quorum primum est. *etc.*

288. (92[r]B) *De assumptione B. Virginis.* Ad preceptum tuum elevabitur aquila et in arduis ponet nidum suum. Job 29 c. Quia vero gloriosa Virgo intemerata Maria in sua Assumptione fuit elevata super omnes alios sanctos, testimonio beati Jeronimi: sicut Aquila volat *etc.*

289. (93) *In festo omnium sanctorum.* Beati qui habitant in domo tua domine. Iste dominus de quo loquitur psalmus, rex regum est et dominus dominantium, sicut dicit Apoc. XIX, cuius domus paradisus *etc.*

290. (94[r]-103[v]et 113[r]-119[r]) *In festo omnium Sanctorum.* Gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis. Mat. 5 et in evangelio hodierne sollemnitatis. Clementissimus dominus Jesus intendens humanum genus abstrahere ab erroribus huius fallacis vite presentis, contra novem falsitates mundi, novem instruit veritates (idest beatitudines mundanis contrarias), quarum falsitatum 1. est falsitas avaritie *etc.* In quibus quidem verbis (Gaudete et exultate) tria sunt nobis gaudia meditanda: 1[m] est gaudium temporale, ibi gaudete, 2[m] est gaudium spirituale, i. et exultate, 3[m] est gaudium eternale, i. quoniam merces vestra c. è. in c. *etc.* (Segnono 5 carte bianche per ultimarvi il discorso).

291. (105[r]A) [*De decem viris leprosis*] Cum intraret quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi *etc.* Luc. 12. Explana si placet istoriam evangelicam, demum dic. Sicut asserit Boecius 1[a] prosa de consolatione *etc.* Circa horum x virorum ut premictitur leprosorum curationem 3 sunt pro presenti notabiliter consideranda, videlicet: 1 genus infirmitatis detestabilis; 2 modus curabilitatis notabilis; 3 effectus sanitatis desiderabilis *etc.*

292. (106) *In festo sancti Luce, de proprietatibus Angelorum.* Ego sum angelus Raphael, unus de 7 qui astamus ante Dominum. Tobie 2. Ad cuius verbi explanationem est advertendum, quod in scriptura divina inveniuntur 4 nomina Angelorum, quorum primus vocatur Michael, de quo *etc.* Idcirco sunt sibi 12 conditiones Angeli applicande, quarum prima est quod angelus habet generositatem in suo ortu; 2 speciositatem in suo aspectu; 3 fortitudinem in suo actu; 4 immortalitatem in suo statu; 5 amenitatem in suo cantu; 6 invisibilitatem in suo intuitu; 7 limpiditatem in suo contuitu; 8 stabilitatem in suo statu; 9 veritatem in suo affectu; 10 bonitatem in suo influxu; 11 amicitia in suo effectu; 12 dignitatem in suo cultu *etc.*

293. (107) *De nomine Jesu.* Vocatum est nomen eius Jhesu. Luc. 2. Ad cuius deduccionem intelligendum est, quod quando aliquod vocabolum imponitur ad significandum, 4. requiruntur. Primus est actus quo talis vox imponitur *etc.* Quia vero circa nomen domini Jesu est presens sermocinatio, idcirco circa eius investigationem occurrunt hic 12 considerationes, quarum: Prima est, ex quibus partibus istud nomen est integratum. Ubi est intelligendum quod istud nomen est bisillabum *etc.*

294. (108-109 A) *De trinitate divina* Tripliciter sol exurgens montes radios ignios exsufflans et refulgens radiis suis obcecat oculos. Eccl. 43. Quia vero secundum doctrinam beati Dyonisii, de divinis nominibus, que oculis corporis cernimur *etc.*

295. (109[r]B-110[v]et 112[v]A) *De miseriis humane vite* [*et*] *de gloria beatorum.* Tristitia vestra convertetur in gaudium. Jo. 16. Quia intentio amabilis domini Jhesu Christi ad licteram in hoc verbo introducta sint ostendere miseriam huius mundi et beatitudinem paradisi. Idcirco primo considerande sunt miserie, 2[o] future vite letitie *etc.*

296. (111) *De ieiunio.* Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes etc. Mat. 6. Beatus Petrus apostolus, primus Christi vicarius, primo instituit ieiunium quadragesimale ante pasca. Sed circa hanc institutionem 40[lis] ieiunii, 4[or] queruntur: 1 quare b. Petrus hoc 40[le] ieiunium instituit; 2 quare 46 dies, a capite ieiu-

Digitized by Google

nii precedent (?) ad pascam . . . ; 3 quare hoc tempore ieiunium continuamus; 4 quare 40 diebus ieiunamus *etc.*

297. (112r) *De morte.* Notandum quod secundum Augustinum de Civitate Dei, triplex est mors. Prima est corporis, que fit quando anima ipsum corpus deserit, et hec dicitur mors naturalis. Secunda dicitur mors anime, que fit quando dominus animam deserit, et ista dicitur mors culpe. Tertia est mors utriusque *etc.*

298. (174v) Abiit Jhesus trans mare Galilee etc. Jo 6. Jn hoc sacro evangelio tria habemus considerare: 1. de quinque millibus hominum famelica cennacio; 2 de quinque panibus tropologica exponicione; 3 de XII cophinis habundans superatio *etc.*

299. (175v) *Dominica. 4 XL. sermo de Rosa.* Abiit Jhesus trans mare Galilee. Jo. 6. Notandum quod hec dominica duplex gaudet nomine; namque vocatur dominica de rosa et dominica de panibus. Causa autem quare appellatur dominica de rosa est quia in hac die summus pontifex portat per urbem rosam auream, musco et balsamo intus plena, quam post modum dat prefecto urbis. Quare autem ista rosa portatur potest triplex ratio assignari: 1. est licteralis, 2. est spiritualis, 3. est moralis *etc.*

Dal Cod. dei Frati Minori di S. Cataldo a Modena (1).

300. (c. 4r-4v) [*De resurrectione Domini*]. Surrexit enim sicut dixit. Mat. ultimo. Tria notanda sunt conclusive. Videlicet: 1. quod resurrexit; 2. qualiter resurrexit; 3. quare resurrexit. Quod resurrexit probatur septuplici argumento *etc.*

301. (c 4v) *De ascensione Domini nostri.* Videntibus illis elevatus est et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Actus 1. Sicut in una substantia tres sunt persone, ita in una persona tres sunt substantie. Ideo in hoc uno supposito de Ascensione Domini tres sunt considerationes fiende, videlicet: 1. est cuiusdam mirabilis evidentie, videntibus illis; 2. est cuiusdam incomprensibilis potentie, elevatus est; 3. est cuiusdam inenarrabilis letitie, et nubes *etc.*

302. c. 5r-5v) [*De eodem subiecto*]. Jhesus. Videntibus illis elevatus est. Act. 1. Quia hodie tres principales prophetie adimplete sunt in elevatione Domini Yhesu: magnifica, sublimis et gloriosa. Quarum prima est in Ps. 8: Quoniam elevata est magnificentia tua super celos *etc.*

303. (c. 6r-6v). *Miliaducx filius Marchionis Ferrariensis etc.* Dilectus meus candidus et rubicundus electus ex milibus. Cant. 6. Quia nomina imponuntur ut aliquid significent, ut dicit Jo. An. in prohemio glossarum, 6 lib., ibi Bonifacius, quasi bona faciens; sic et dicere possumus Miliaducx quasi milium ductor sive dux milium. Et quia dux eligitur de pluribus ad presidentiam . . . Ideo pia sancta mater ecclesia electura ducem suorum militum sublimem adolescentulum dominum Miliaducem de Est, natum illustrissimi principis domini Marchionis Ferrariensis, utitur verbo preassumpto, dicens: dilectus meus etc. Quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1 cordialis affectus diligentia, dilectus meus; 2. virtualis actus refulgentia, candidus et rubicundus; 3. terminalis effectus complacentia, electus ex milibus. Ut ad effectum breviter perveniam dicendorum computando licteras huius nominis et pro qualibet sumendo subiectum, dicamus: Miliaducx quot sunt lictere tot sunt significationes. M. magnificus, j justus, L letus, I imperialis, A artificialis, D. deifitialis, V umilicolaj, C Celicola, xristicula. Has novem licteras *etc.*

304. (7r) *Dominica infra octavam Ascensionis.* Vigilate in orationibus. 1 Petri 4. Quia dominus noster yhesus Christus vigil et sanctus de celo descendit *etc.* In materia orationis breviter considerare oportet qualiter debet esse oratio *etc.*

(1) Codice autografo, descritto dal P. Ser. Gaddoni in *Archivum Franc. Historicum* I 623ss. Varie prediche di questo manoscritto appaiono tenute nelle Romagne e nell'Umbria. Vedi i N. 303 323 327 339 361 387.

Digitized by Google

305. (c. 7^{v}) [*De oratione*]. Oportet semper orare. Luc. 18. Scire et considerare debemus hoc verbum debet intelligi quoad bonum desiderium. Ideo considerari oportet quid sit oratio in genere et quid in specie. Et datur sextuplex deffinitio, triplex in genere et triplex in specie *etc.*

306. (8^{r}) *Ante orationem prepara animam tuam.* Ecli. 8. Hic considerare oportet qualis debeat esse preparatio orantis quoad remota et qualis quoad propinqua *etc.*

307. (8^{v}) Opposuisti nubem tibi ne transeat oratio. Tren. 3. Hic considerare oportet de impedimentis orationis, et sunt 12 *etc.*

308. (9^{r}) *Multum enim valet deprecatio iusti assidua.* Jac. ultimo. Hic considerandum est de valore sive effectu vel utilitate orationis. Et ponentur viginti quatuor utilitates. Sed hoc mane 12 et crastina die 12. Dicamus igitur quod oratio infirmitatem sanat *etc.*

309. (9^{v}) *Oratio humiliantes se nubes penetrabit et donec propinquet non consolabitur et non descendet donec aspiciat altissimus.* Ecli. 35. Illuminat. Act. 10. Cornelius orans illuminatus est ab angelo *etc.*

310. (10^{r} - 11^{r}) *Utrum beata Maria Magdalena fuerit peccatrix publica per dictum seu solum per voluntatem.* De ista aliqui opinantur quod non fuerit sic peccatrix prout verba sonant *etc.*

311. (11.^{v}) Queritur an viris liceat nutrire comam. Respondeo per multas infrascriptas auctoritates. Patet quod non. Jer. 9: Visitabo super omnes qui attonsi sunt in comam *etc.*

312. (12^{r} - 12^{v}) *De Spiritu Sancto.* (in festo Pentecostes). Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittit pater in nomine meo ille vos docebit omnia. Jo. 14. Quia sicut dicit Augustinus, 1° de Trinitate: Sicut tres persone sunt unum principium creature, ita pater et filius sunt unum principium Spiritus sancti. Ideo tria sunt hic nobis consideranda de Spiritu Sancto in verbis propositis, videlicet: Quid Spiritus Sanctus quia dicitur *Paraclitus*; a quo est et a quo mittitur quia dicitur, *quem nunc*; Ad quod est et ad quod mittitur quia dicitur, *ille vos etc.*

313. (13^{r} - 13.^{v}) *Feria 2.* Lux venit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Io. 3. Sicut pater et filius dicitur lux ita Spiritus Sanctus, quia pater filius et spiritus Sanctus unus Deus sunt. 1 Io. 5... Et ideo sicut 12 sunt proprietates lucis ita et spiritus Sancti et easdem in nobis requirit. Est enim in luce antiquitas creationis. Gen. 1. fiat lux *etc.*

314. (14^{r} - 14.^{v}) *Feria 3.* Ego sum ostium. Io. 10. Ut salvari possimus intrantes per ostium salutis et ingredientes et egredientes pascua inveniamus gloriose refectionis, intrare nos oportet fideliter, Ps. 100: Oculi mei ad fideles terre...; humiliter, Mat. XI: Discite a me *etc.*; reverenter, Eccli. 32: Audi tacens et pro reverentia accedet tibi bona gratia *etc.*

315. (15^{r} - 15.^{v}) *Feria 4.* Ego sum panis vite. Io. 6. Quia non in solo pane vivit homo sed de omni verbo quod procedit de ore Dey. Mat. 4 et Deut. 8. Et licet dixerim esterna die quod hic panis daret nobis exemplum unitatis, tamen hic dicamus quod panis est verbum Dey, quod est panis pinguis et delectabilis *etc.*

316. (16^{r} - 16.^{v}) *Feria* 5. Misit illos predicare regnum Dey. Luc. 9. In hiis verbis beatus Lucas vult nobis ostendere quis debeat predicare, quia dicit misit s. Dominus Yhesus. Debet enim qui vult predicare habere auctoritatem et commissionem *etc.*

317. (17^{r} - 17.^{v}) *Feria 6.* Yhesus sedebat docens. Luc. 5. Quia dominus Yhesus non docebat nec de regno Dey, et pro regno Dey, Mat. 21; mansit in Bethania et docebat eos de regno Dey. Ideo ut sequamur propositum nobis gaudium cum domino Yhesu cuius gaudium in nobis est et nostrum gaudium in eo impletur, Io. 15: hec locutus sum vobis ut gaudium meum in vobis sit *etc.*

Digitized by Google

318. (18r - 18.v) [*Sabbatum*] Et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dey. Luc. 4. Ut sequamur propositam materiam de regno Dey, quod dominus Yhesus dicit se oportere evangelizare. Est enim evangelizatio ideo quod orientalis calamitatis transmigratio *etc.*

319. (20r - 21.r) *In festo Sanctissime Trinitatis.* Apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Gen. 18. Quia in veteri testamento non ita exprimuntur persone in sanctissima trinitate sicut in novo, Mat. ultimo: Euntes docete omnes gentes... Ideo declarande sunt descriptiones veteris testamenti huis sanctissime trinitatis *etc.*

320. (21.v) [*Ad religiosos*]. Spectaculum facti sumus mundo angelis et hominibus. 1 cor. 4. Quia si bene consideremus vitam religiosam sic est in proposito sicut thema sonat; quia religio munda et immaculata *etc.*

321. (22.r) *Collatio ad religiosos.* Redde Altissimo vota tua. Ps. 49. Efficit namque obedientia Dey servum. Ps: Servus tuus costodit ea. *etc.*

322. (23r - 24.v) *Lignum vite in medio paradisi.* Gen. 2. Vidit Nabuchodonosor arborem in medio terre, de qua Dan. 4. Videnda et hec arbor in medio terre *etc.*

323. (25r - 27.v) [*De amore Dei*]. Inflammatum est cor meum et renes mei commutati sunt et ego ad nihilum redactus sum. Ps. 72. Cogitavi quod si omnes gentes exstentes hic sicut a longe venientes, et mihi videtur quod talis intentio sit omnium venire ad meas mercantias; et beatus qui bene mercabitur et totum dabit ut margaritam emat divini amoris; locus iste fecerim sicut nundinarum est in Sancta Maria de Angelis, Christus mercator, sanctus Franciscus sensalis et ego preco. Et qui volunt emere debent habere bursam plenam, s. animam amore inflammatam. Ideo proponitur. Inflammatum est cor meum *etc.* In quibus quidem verbis tria sunt attendenda circa inflammatum amorem. Est namque triplex amor: 1. Amor inflammatus, quia inflammatum est cor meum; 2. Amor comparatus, et renes mei commutati sunt; 3. Amor consumatus, quia ad nichilum redactus sum *etc.*

324. (27v - 29v) [*De beneficiis divinis*]. Narrabo vobis omnes qui timetis Deum quanta fecit Deus anime mee. Ps. 65. Omnis divina illuminatio tria continet, quod lumen immictat, quod videat et ipsum lumen apparens ut in lumine candele; nam tria riquiritur alios videns, candela lucens, et ipsa lux; et sic opus est in illuminatione divine gratie... Et ideo tria concluduntur in verbis propositis contemplanda: 1. actus convenientissimus ad illuminandum, narrabo vobis; 2. subiectum convenientissimum ad discendum, omnes qui timetis Deum; 3. obiectum amorosissimum ad contemplandum, quanta fecit Deus anime mee *etc.*

325. (30r - 32.v) *Tres contemplationes de Benedicta Virgine.* Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Ps. 44. Primo in gloria imperiali coronata, astitit regina: 2. in gloria divinali ornata, in vestitu deaurato; 3. in gloria universali honorata, circundata varietate *etc.*

326. (33[1] - 34.r) *Pro sancto Dominico.* Quasi stella matutina in medio nebule. Ecci. 50. Quia opposita iuxta se posita magis splendescunt in lucem, magis namque refulget stella serena iuxta nebulas quam iuxta solem. Et ideo beatus Dominicus inter nebulas peccatorum positus radios sue clare vite lucidius diffundebat... In quibus quidem verbis tria sunt breviter contemplanda de hoc Christi glorioso confessore: 1[m] est quedam fulgida convenientia comparata, quasi stella matutina; 2[m] est quedam limpida consistentia terminata, in medio; 3[m] est quedam ispida obsistentia condempsata, nebule. *etc.*

327. (35r - 37.r) *Pro sancta Clara.* Diligam te Domine fortitudo mea. Ps. 17. Licet sit hodie festum sancte Clare attamen predicabo de sancta Turbida, que describitur Mat. 4: Beati qui persecutiones patiuntur *etc.* Scitis tota nostra vita et ista civitas denotant sanctam Turbidam? O o o case di Ascisi, quid clamatis: Omnes qui patienter tulerant persecutio-

Digitized by Google

nes et turbationes habent regnum celorum. De patientia predicabo ... Diligam te domine fortitudo mea. Nota tres species amoris: 1 Amor Dey ad animam; 2 amor anime ad Deum; 3 amor reciprocus inter Deum et animam. Satis obligor huic Assisinate civitati tanto magis quam civitati unde oriundus sum quanto dignior est anima quam corpore, quia ex hac civitate habeo religiosam generationem spiritualem *etc.*

328. (37v - 38.v) [*De bono spirituale et aeternale*]. Cum placuerint Deo vie hominis iuimicos quoque eius convertit ad pacem. Prov. 16. Convertatur populus meus hic et dies pleni invenientur in eis. Ps. 72. Quia ordo pulcherrima res est in paradiso nedum in terra, ideo in inferno penosum est non servari ordinem ... Ubi duo bona notantur: primum est bonum spirituale; secundum est bonum eternale *etc.*

329. (39r - 141.r) *De septem signis propinquantis futuri judicii.* Educes nubes ab extremis terre, fulgura et pluviam fecit. Ps. 134. Ex cortice exteriori collige intrinsicam medullam. Et ideo in verbis istis notare debemus tres sacras contemplationes secundum tres status hominum: 1 status nubilosus; 2 status radiosus; 3 status lacrimosus *etc.*

330. (41.v) *De assumptione Domine.* Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis. Cant. 4. In quibus verbis tria nota, videlicet: qualiter domina nostra fuerit dulcissime invitata, assonata, coronata *etc.*

331. (42r - 43.v) *De assumptione Domine.* Surge Domine in requiem tuam, tu et archa sanctificationis tue. Ps. 131. Unde incipiemus loqui de tam magna solempnitate, de tantis gaudiis quibus assumpta fuit Virgo Benedicta ... In quibus quidem verbis tres contemplationes mirabiles sunt fiende: 1. Contemplatio qualiter virgo gloriosa fuit dulcissime invitata, surge domine; 2. contemplatio qualiter fuit iucundissime obviata, in requiem tuam; 3. contemplatio qualiter sit trionphalissime in celo glorificata, tu et archa s. t. *etc.*

332. (44r - 46.r) *De honorandis parentibus.* Si custodierint filii tui testamentum meum *etc.* usque sedem tuam. Ps. 131. Iustitia illius in filios filiorum hiis qui servant testamentum eius. Ps. 102. Predicaturus sum de utilissima et delectabilissima materia, videlicet de nutritione morali et virtuosa filiorum ... In quibus verbis tria sunt consideranda: 1. Consideratio obligationis, quia testamentum ejus; 2. Consideratio observationis, quia hiis qui servant; 3. Consideratio remunerationis, quia iustitia *etc.*

333. (46v - 48.v) *De lacu sodomorum Iohannis Boccatii.* Corrupti sunt et abominabiles facti sunt etc. Ps. 13 ... Unde sciendum est quod ex triplici corruptione anima maculatur: 1. ex corruptione mentali ... 2. ex corruptione corporali ... 3. ex corruptione generale *etc.*

334. (49r - 50.v) [*De discretione*]. Iudica me Deus et discerne causa meam de gente non sancta, ab hoste maligno et doloso eripe me. Ps. 42. Illumina oculos meos etc. Ps. 12. Multis modis decipit dyabolus animas sed quam maxime cum indiscretione. Nunquam indiscretio placuit Deo. Et ideo hoc mane de natura discretionis loquimur... Prima illuminatio [est] intelligere conditionem discretionis; 2. illuminatio intelligere exercitationem discretionis; 3. illuminatio est intelligere conditionem discretionis *etc.*

335. (51r - 53.r) *Abissus peccatorum clamat vindictam Dey.* Abissus abissum invocat in voce catharactarum. Ps. 41. Materia hodierne predicationis est plena stupore ... Unde sunt considerandi tres abissus; 1 abissus nostre culpe precedentis, abissus; 2. abissus divine iustitie permictentis, abissum invocat; 3. abissus infernalis malitie suggerentis, in voce catharactarum *etc.*

336. (54r - 55.v) [*De mendacio*] Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Ps. 5. Gaudeo loqui de mendacio, demonstrando... tres considerationes fiende: 1. mendacii variatio, omnes qui loquuntur; 2, mendacii distinctio, mendacium; 3. mendacii punitio, perdes eos *etc.*

Digitized by Google

337. (56r - 58.v) [*De contrictione*]. Cor contritum et humiliatum Deus non despicies Ps. 50. Vult dicere quod quantumlibet peccator male fecerit Deum offenderit et proximum, si in veritate peniteat Deus est paratus indulgere tot quot quis vult penitere. Et ideo volo tractare de contrictione et crastina die de confexione. Cor ergo etc. Tres consideratione fieri debent de contrictione: 1. de quidditate, quid est contrictio, cor contritum; 2. de necessitate, quare sit necessaria, et humiliatum; 3. de qualitate, quale debeat esse, Deus non despicies *etc.*

338. (59r - 61.v) [*De Confessione*]. Dixi confitebor adversum me iniustitias meas Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei. Ps. 31. Mirabilia verba quod solum proponimentum confitendi habent inducere certitudinem salutis. Heri predicavi de contrictione que est preparatio ad confexionem, quia sine contrictione non valet confexio. Et ideo bene congrue hodie predicabimus de confexione, de qua breviter sunt tres meditationes fiende, videlicet: 1. De necessitate confexionis, Dixi confitebor; 2. de qualitate confexionis, iniustitias meas Domino; 3. de utilitate confexionis, et tu rem. *etc.*

339. (62r - 64.r) [*De partialitatibus*]. Hodie incipiam mictere terrorem. Deut. 2. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus: testimonia tua credibilia facta sunt nimis. P. 92. Predicaturus sum hiis tribus diebus de partialitatibus. Et tedet me quia video quod hij quibus magis esset necessarium non intersunt. Et ideo debent fieri preconizari sub pena pedis quod hiis tribus diebus omnes debent intervenire predicationi. Sed bene ego preconizo vobis et precipio ex parte Dei, sub pena dampnationis anime et corporis, quod omnes veniant. Et predicabo hodie de capitaneo partialitatum, cras de caterva sua, et post cras de operibus eorum. Et aperiatis bene oculos, o bone domine, quia videbitis equm cursum discurrentem per aerem cum terribili sessore qui habet nomen exterminator in lingua latina... In quibus quidem sacris verbis tres mirabiles visiones sunt diligenter attendende: 1. terribilis considerationis, mirabilis elation. m., scilicet huius seculi quod est quodam mare; 2. terribilis dispensationis, mirabilis in altis Dominus, quia altissimus Deus et humilia respicit; 3. terribilis commissionis, testimonia tua etc. quia iudicentur luce clariora *etc.*

340. (64v - 67.v) [*De exercitu partialitatum*]. Qui cogitat mala facere stultus vocabitur. Prov. 24. Cogitaverunt *etc.* Ps. 72. Esterna die loquutus sum de Capitaneo partialitatum, hodie debemus de exercitu eorum, et cras de operibus. Sic est enim proprie quod de tribus gradibus eorum est loquendum, quia tribus modis potest quis esse partialis, scilicet corde, ore et opere *etc.*

341. (68r - 73.r) [*De causa partialitatum*]. Vidi iniquitatem et contradictionem in civitate. Ps. 54. Sicut modica verba sed aliqua sunt magne intelligentie, vidi iniquitatem... Audistis unquam, domine, qualis est facta iniquitas? Crastina die volo vobis ostendere. Et ut sciatis est proprius amor. Augustinus enim dicit, quod unius amor constituit civitatem babilonicam, proprius amor; alius constituit civitatem ierusalem celestem, s. amor comunis. Sed de ista radice crastina die videbimus; hodie autem videbimus de fructibus, de letitia, quia in civitate. Scitis quod est dictum civitas quasi civium unitas. Et ideo hec civitas a diu non potuit nuncupari civitas sed castrum. O Domine, quando volumus facere civitatem hanc terram vestram? Die dominico, hodie ad octavam diem, Domino concedente. Et ideo omnes debeant per totam istam edogmadam intervenire predicationibus, quia ista edogmada est sufficiens dare vobis bonum statum toto tempore vite vestre... Et ideo sumamus conclusiones (12) et estote attenti. 1 conclusio quod (in) terra vestra regnat divisio, impossibiliter iuste gubernatur *etc.*

342. (74r - 78.v) [*De restitutione*]. Redite omnibus debita, Ad Rom. 13. Restitues hereditatem meam mihi, Ps. 15. Quia sum predicaturus de restitutionibus alienarum ablatarum, et sic de satisfac-

Digitized by Google

tione nocumentorum. Et variis potest modis nocere proximis, licet principaliter tribus, s. corde, hoc est signo aliquod demonstrando; ore, loquendo, et opere exercendo *etc.*

343. (79r - 81.v *De blasphemia*). Ps. 36. Fructum eorum de terra perdes etc. Noli emulari in malignantibus *etc.* Ps. 20. Quia blasphemantes Deum conantur declinare in Deum mala, ideo disperdendi sunt fructus eorum de terra et semen eorum a filiis hominum. Unde quod sit grave vitium blasphemare hodie apparebit *etc.*

344. (82r - 84.v) *De ludo taxillarum.* O divi ecclesiam malignantium et cum impiis non sedebo. Ps. 25. Quia inter alia vitia incognita est vitium ludi, ideo hoc mane volo me dilatare ut parentes cognoscant *etc.*
In quibus sacris verbis tres mirabiles stupores sunt attendendi: 1. stupor mire malignitatis, malignantium; 2. stupor mire iniquitatis, odivi ecclesiam; 3. stupor mire crudelitatis, cum impiis non sedebo. *etc.*

345. (85r - 87v) *De penis inferni.* Calix in manu Domini vini meri *etc.* Ps. 74. Domine, ego volo vobis hodie predicare de alio mundo; tantum predicavi vobis de isto mundo, et de penis que hodie volo vobis predicare de casa calda.. que brevi compendio possunt reduci ad tria: 1. dolor mentalis, calix in manu domini *etc.* 2. dolor sive pena corporalis, et inclinabit *etc.* 3. dolor sive tortura eternalis, verumtamen fex eius *etc.*

346. (88r - 93.v) [*De bono unionis et caritatis*]. Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. Ps. 132. Puto non decipi quod inter predicationes preteritas de partialitatibus, ostensum est quomodo exterminator querit desolare partiales, et quam gravia sint peccata partialitatum, consentiendo, confitendo et exequendo. Et ideo hodie ostendendum est bonum unionis et caritatis *etc.*

347. (94r - 95.v) [*Carmen definitionum de figuris rethoricae in 177 versibus*]. Yhesus. Repititio est cum continentur *etc.* Finisce: Mors eversio troye. Deo gratias. Amen.

(96v) [*Index testium scripturarum qui sermonibus praeponuntur*]. Inflammatum est cor meum — Ecce quam bonum et quam iucundum ».

348. (98r - 102r) *De verbis Virginis Marie.* Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Ps. 118.[1] Multi erunt hoc mane sancte decepti credentes me predicaturum de uno et predicabo de reliquo; non enim de confexione sed de verbis virginis Marie predicabo. Non inveniemus in sacra scriptura nisi septies locuta fuisse Virginem benedictam. Incipiamus igitur scrutari quod fecit tanquam sapientissima domina que modica et bona verba loquitur, nam qui sepe loquitur sepe fallitur. Et ideo eius exemplo discant reliqui modum loquendi, ut sint verba dulcia... Unde tria sunt necessaria ad dulcedinem: 1. quia os sapidum; 2 quia cibus sapidum; 3 quasi gustus ad saporem *etc.*

349. (101r) [*De dignitate angelorum et animarum*]. Angeli eorum in celis semper vident faciem patris mey qui in celis est. Mat. 18. Duo hic notantur: 1m est dignitas spirituum humanorum, quia angeli eorum sunt ad eorum obsequium deputati; 2 est felicitas civium supernorum, quia semper vident *etc.*

350. (103r) [*De humilitate*]. Ascende superius. Luc. 14. Qui ascendere cupit descendere prius necesse habet. Eph. 4: Qui autem ascendit qui est nisi qui et descendit *etc.*

351. (104r) [*De avaritia*]. Avarus non implebitur pecunia. Ecci. 5. Quia anima est Dey capax, nichil Deo minus eam potest implere. Unde cum totus orbis terrarum sit in comparatione ad Deum quasi gutta roris stillantis *etc.*

352. (105 - 108r) [*De fide*]. Omnia opera eius in fide. Ps. 32. Ergo omnia opera dyaboli contra fidem et in infidelitate. Tres modos servat dyabolus ut decipiat peccatores ad interitum: aliquando cum malitiis, aliquando cum blanditiis, aliquando cum violentiis *etc.*

353. (108r - 108.v) *De calice.* Calicem quidem meum bibetis. Mat. 20. Notan-

Digitized by Google

tur tria videlicet: 1. vocabulum compendiosum multa comprahendens, calicem quidem; 2. verbum gratiosum, Christi paxionem exprimens, meum; 3. eloquium fructuosum cariores auros sermones, bibetis *etc.*

354. (109^{r}) [*De caritate*] Caritas Dey diffusa est in cordibus nostris. Rom. 5. Primo videndum est quid est caritas; 2. que sint ex ordine caritatis diligenda; 3. An diligere inimicum sit de necessitate caritatis *etc.*

355. (111.^{v}) [*Caritas ex corde et in corde mundo*]. Cor mundum crea in me Deus. Ps. 50. Quia cor mundum Deum videre meretur, Mat. 5: Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt; et mundum cor sine caritate esse non potest; ideo caritas sedet in corde tanquam in loco sibi congruo *etc.*

356. (112^{r} - 114.^{r}) [*De fide*]. Omnia opera eius in fide. Ps. 32. Tria habemus hodie breviter considerare de fide, licet heri aliqua dixerim: 1. de fundamento; 2. de firmamento; 3. de negamento *etc.*

357. (116.^{r}) [*De ebrietate*]. Ebriosus non locupletabitur. Ecci. 19. Quia ut ait Augustinus, ebrietas aufert memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum, concitat libidines, involvit linguam, corrumpit sanguinem, omnia membra debilitat, vitam diminuit et omnem salutem exterminat. Qui igitur tot infirmitatibus laborat quomodo locuplectabitur? Ideo e briosus *etc.* 1. videndum est, an ebrieta sit mortale peccatum; 2. quare ebrietas est detestanda; 3 an ebriosus excusetur a peccato durante ebrietate *etc.*

358. (117^{r} - 121.^{v}) [*De muris et usurariis*]. Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. Ps. 63. Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea. Ps. 38. Licet aliter tetigerim multa sunt peccata que si essent cognita vitarentur, sed quando sunt incognita difficilius evitantur. Unde bonum est scire malum ut sciamus precavere a malo. O domine, scitis de quo ego volo predicare hodie? Apoc. 6: Et cum apparuisset agnus *etc.* In quibus sacris verbis tres usurariorum conditiones sunt breviter considerande, quarum: 1. est usurarii et sue avaritie admiratio, thesaurizat; 2. usurarii et sue avaritie conditio, et ignorat; 3. usurarii et sue patrie maledictio, cui congregabit ea, *etc.*

359. (122^{r} - 126.^{v}) [*De vanitate mulierum*]. Odisti observantes vanitates supervacue. Ps. 30. Sunt modica peccata de quibus in specie sacra scriptura faciat mentionem sine gravi causa. Hodie, bone domine, habebit bonum diem et ribalde indignabitur. Tria odia ostendit hic dicenda que Deus habet; odit enim Deus: 1. curiositatem; 2 vanitatem; 3. superfluitatem. Ad primum curiositas. Scitis quid est curiositas *etc.*

360. (127^{r} - 129.^{v}) [*De suavitate vite spiritualis et religionis*]. Deus in loco sancto suo *etc.* Ps. 67. Qui fuerint bene attenti hoc mane gustabunt suavitatem vite spiritualis et religionis, et bene intelligent quanta est preminentia et prerogativa religionis. Et si bene attendant habent aptitudinem, inflammabuntur relinquere vanitatem mundi et sumere sacre religionis habitum. Unde tres status considerandi sunt: 1. religiose perfectionis, dominus in loco sancto suo; 2 religiose conversationis, dominus qui inhabitare facit etc.; 3. religiose conversionis, similiter eos qui ex *etc.*

361. (131.^{r}) [*De poenitentiae fructibus*]. Facite dignos fructus penitentie. Luc. 3. Sciendum est quod quatuor singulariter nos facere oportet ut dignos faciamus fructus penitentie: 1^{m} pertinet ad punitionem peccatorum, et hec est vera penitentia; 2^{m} pertinet ad implectionem preceptorum, et hec est vera iustitia; 3^{m} pertinet ad consolationem proximorum, et hec est vera misericordia *etc.*

362. (132 - 135.) *De festivitatibus celebrandis.* Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos Dey a terra. Ps. 73. Duobus vicibus ab i n d u l g e n t i a predicavi de dominica, et quanto plura dicerentur de ipsa tanto adhuc plura remanerent...

O qui vultis hodie facere mercantias faciatis mercantias animarum vestrarum; mementote quod Virgo gloriosa hodie na-

Digitized by Google

ta fuit. Sanctificate ergo diem sanctum Domino *etc.* In quibus sacris verbis denotantur tres gradus non observantium festivitates, quasi tres impietates erga Deum: 1. impietas radicata, dixit in corede suo; 2. impietas ramificata, cognatio orumi simul; 3. impietas fructificata, quiescere faciamus omnes dies festos *etc.*

363. (136) [*De fortitudine et constantia*]. Fortitudo et decor indumentum eius. Prov. ultimo. Quia pugnaturus viriliter necessarie habet armari, ut impersonali et armorum fortitudine ad palmam perveniat victorialem et in pace possideat quod iam tenet, Luc. 11: Cum fortis armatus *etc.* Et quia sicut arma exteriora habent ordinare et roborare corpus exterius, ita fortitudo et constantia habent corroborare et ornare animam interius. Tob. 4: Forti animo esto. Ideo anime indumentum describitur fortitudo. Unde fortitudo *etc.* vide supra. 1. sciendum est quid est fortitudo; 2. an substinere sit principalis actus fortitudinis; 3. an fortitudo precellat ceteras virtutes et de eius effectibus *etc.*

364. (136^{v} - 140.) [*De nomine Iesu*]. Yhesus. In sole posuit tabernaculum suum et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Ps. 18. De altissima predicatione triunphantis nominis Yhesu predicare presumens, unde intrem in tanta profunditate ignoro. Est enim in me contradictio magna; nam amor me impellit loqui, et stupor me comprehendit et silere me iubet. Quid enim dicere possum de nomine illo?... Tria continet in se sol: splendorem, dic nomen Yhesu est mentium illuminativum; calorem, mentium calefactivum; vigorem, mentium vigorativum. *etc.* Scitis quid possum dicere vobis de quot predicationibus feci toto tempore. Tres sunt status vite presentis *etc.*

365. (141^{r} - 142.^{v}) [*De oratione vocale*]. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Ps. 140. Hoc mane vos docerem quomodo possitis obtinere id quod a Domino petieritis. Primum enim opus est declinare a malo; 2. opus est facere bonum. Unde tres sunt orationes. 1. vocalis quod ore dicitur, ut officium divinum et oratio dominica cum similibus; 2. mentalis qua mente concipitur, quia oratio est elevatio mentis in Deum, ut dicit Damascenus; 3. divinalis que fit quando mens est unita cum Deo... Ad primam que dicitur vocalis *etc.*

366. (143^{r} - 144.^{v}) [*De oratione dominica*]. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Ubi supra visum fuit heri de oratione vocali, hodie tenctemur de domenicali, que est oratio dominica s. pater noster; que est melior oratio que sub celo fiat... Debet autem oratio dominica tripliciter considerari: 1. quam sit appretiabilis ratione sue dignitatis; 2. quam sit appretiabilis ratione sue brevitatis; 3. quam sit appretiabilis ratione sue utilitatis. Ad primum de dignitate *etc.*

367. (145^{r} - 146.^{v}) [*De peccatis et ipsorum redeptione*]. Initium sapientie timor Domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Ps. 110. Tres potentias habet anima, que sunt voluntas, intelligentia, memoria. Si mens tua ad terrena convertatur tripliciter peccat: voluntate ex audacia; intelligentia ex ignorantia; memoria ex stultitia. Primo ergo ex voluntate *etc.* (1).

368. (149.^{r}) [*De revelatione peccatorum iudicio*]. Iudicati sunt mortui ex hiis que scripta sunt in libris secundum opera eorum. Apoc. 20. Quia ut ait Augustinus, lib. 3. de simbolo: Ille iudex nec gratia prevenitur nec misericordia iam flectitur nec pecunia corrumpitur... Sed ut distinctim intelligamus accusatores sive testes contra peccatores in iudicio comparentes, breviter distinguamus decem gradus. Primum enim erit ipse Deus quem offendimus, cui opera sunt clara et aperta *etc.*

369. (150^{r} - 151^{v}) [*De statu spirituali animarum*]. Ascendit usque ad celos et descendit usque ad abissos, anima vero eorum in malis tabescebat. Ps. 106. Scitis quid est tabescere? Est proprie in se ipso miserabiliter deficere. Unde tres sunt status totius humani generis: 1. sta-

(1) Le carte 147-148 sono state tagliate.

Digitized by Google

tus ferventis caritatis, ascendit usque ad celos; 2. status est timentis humilitatis, et descendunt usque ad abissos; 3. status est negligentis tepiditatis, anima vero eorum *etc.*

370. (153r - 154.v) [*Tres amores Dei ad homines*]. Convertetur populus meus hic et dies pleni invenientur in eis. Ps. 72. Ezech. 33, introducuntur demones accedentes ad Deum ut exterminet populum peccatorum, et dicunt: vis ut eradicemus istos? Et respondeo per Deum: nolo mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat. Et ideo notatur aut vis misericordie aut iustitie... Legamus illum prim. cap. Apoc. 8: Et alius angelus venit et stetit *etc.* In quibus sacris verbis in concordia novi et veteris testamenti, 8 Ioannis, et dicit tria sacra misteria nobis ostenditur quasi tres amores: 1. cordialis dilectionis; 2. divinalis orationis; 3. humanalis conversionis *etc.*

371. (155r) [*Quis magnus in regno coelorum*]. Magnus vocabitur in regno celorum. Mat. 5. Ad hoc ut quis in regno celorum magnus vocetur oportet facere et docere. Unde sciendum est quod magnitudo breviter potest considerari 5 modis: 1. magnitudo austeritatis et discipline; 2 magnitudine decorositatis et orationis divine; 3. magnitudine equitatis et iustitie peregrine; 4 sedulitatis et scientie theologie; 5 magnitudine religiositatis et patientie vinctorine. De primo legitur de Esdra *etc.*

372. (156r) [*De ufficio medici*]. Medice cura te ipsum. Luc. 4. Quia ut ait Gregorius in Past: Improbus et imperitus est medicus qui alienum vulnus mederi appetit, et ipse vulnus quod patitur nescit, ideo: medice cura te ipsum. Circa quod sciendum est quod medicus non debet dare medicinam *etc.*

373. (157r - 164v) [*De tribulationibus iustorum et quare*]. Multe tribulationibus iustorum et de omnibus hiis liberabit eos Dominus. Ps. 33. Notatur quod ars iustorum est bene facere et male pati... Et ideo humiliter requirendo divina iudicia in hac sacra edogmanda, incipiamus a bonis quia dignum est ut iudicium Dey incipiat ab ecclesia sua. 1. Petri 4. Ideo multe tribulationibus iustorum *etc.* Primo ergo quare bonis mala. Ad quod respondetur quod triplici ratione: 1 ad remedium medicinale; 2 ad exercitium virtuale; 3 ad actum iusticiale *etc.*

374. (165r - 169v) [*De tribulationibus peccatorum*]. Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino misericordia circundabit. Ps. 31. Omnia in sapientia fecisti; impleta est terra possessione tua. Vidimus quare Deus flagellat iustos; videamus quare flagellat iniustos. Et breviter propter tria: 1. per misericordiam; 2 per veritatem; 3 per iusticiam *etc.*

375. (170r - 172v - et 175r) [*De angelis*]. Facis angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem. Ps. 103. Sumus hodie predicaturi de angelis alterius mundi et huius. Et ipsi nos iuvabunt ut possimus de eis aliqua dicere. Tres contemplationes gentiles et angelicas notantur: 1. beatorum spiritum creatio, facis angelos tuos spiritus; 2. angelorum beatorum perfectio, ignem urentem; 3. angelorum beatorum administratio, ministros tuos *etc.*

376. (173r) [*De patientia*]. Patientiam habe in me et omnia reddam tibi. Mat. 18. Quia virtute patientie, quis et qualis ille qui examinatur fulgentius enodatur, ideo ergo patientiam habe etc. Primo videndum est quid est patientia; 2 an sit semper patientiam exercendam; 3 in quo patientia commendabilis *etc.*

377. (173v) [*Mala quae facit peccatum*] Peccatores persequitur malum. Prov. 13. mala que facit peccatum recolligere possumus sub brevitate; que ante mortem, que in morte, et que post mortem *etc.*

378. (174r) [*De penitentia agenda*]. Penitentiam agite. Mat. 3. Ut scire possimus quare debeamus penitentiam agere, considerare debemus octo bona que nobis proveniunt. Et primo ut in iuventute incipiamus *etc.*

379. (176r - 179r) [*De amicitia inter virum et uxorem*]. Uxor tua sicut vitis habundans in lateribus domus tue. Ps. 127. De amicitia inter virum et uxorem pre-

Digitized by Google

dicabo vobis hoc mane: 1. honesta, 2. delectabilis, 3. utilis *etc.*

380. (180r - 184r) [*De confessione*]. Cogitatio hominis confitebitur tibi; et reliquie cogitationis diem festum agent tibi. Ps. 75. Tres considerationes: 1. quid debet precedere confessionem; 2 quid debet agere qui confitetur; 3 quid debet obtinere qui confitetur *etc.*

381. (185r) *Renovamini spiritu mentis vestre.* Eph. 44. Quia interdum qui vetus vestimentum deposuit iterum sumit et sic inveniatur novum, quod sponsa detestatur Cant. 5: Expoliavi me tunica mea *etc.* Intellige spiritualiter, quod expoliatis veteribus peccatis non debemus illa iterum commictere... Ideo ait renovamini etc. In quibus quidem verbis tria breviter denotantur: 1 renovationis utilitas, i. renovamini; 2 renovantis activitas, i. spiritu; 3. renovandi necessitas, i. mentis vestre *etc.*

382. (186r - 190r) *In festo beati Francisci.* Inflammatum est cor meum *etc.* Ps. 67. Est hodie dies qua vix possum loqui propter solempnitatem festivitatis beati Francisci, et vix possum tacere propter reverentiam tanti patris. Et ideo, o Domine, vedistis unquam picturam beati Francisci? Ego ostendam vobis hodie in medio evangeliorum, videlicet Apoc. 1. Vidi septem candelabra aurea... tanquam mortuus. Ecce qualiter describitur beatus Franciscus mirabiliter stigmatizatus. In quibus sacris verbis 12 perfectiones de beato Francisco monstrantur; quibus prime 4. convenium incipientibus; 4. proficientibus et 4. perfectis. Tolle ergo per ordinem. Primo prima 4. quarum 1. beati Francisci conversionis; 2 eius perfecta conversationis; 3 fundamentum eius religionis *etc.*

383. (191r - 193r) [*Qualis debeat esse confessio*]. Cogitatio hominis confitebitur tibi etc. Sequitur secunda prudentia, s. consequens. Ad quod notatur V. Ps. 101: Confitebor tibi Domino in toto corde meo in consilio iustorum et congregatione. Notatur autem prudentie species ad confexionem pertinentes in hoc V. descriptas. Hec enim sunt confexionis conditiones consequentes: 1. quod sit apta, 2 quod sit secreta, 3 quod sit verecunda, 4 quod sit contrita, 5 quod sit discreta, 6 quod sit iusta *etc,*

384. (194r - 196a) [*De bello spirituali*] Sedebit Deus rex in eternum; Deus virtutem populo suo dabit; Deus benedicet populo suo in pace. Ps. 27. Per Dey gratiam sumus in bono numero. Per ordinem in quo tria currere debent: 1. quod gentes sint coronate (?) et faciant ostentationem; 2 quod sinit gentes probe et viriles; 3 quod vincant et reportent de victoria triunphum *etc.*

385. (192r - 201v) [*De perversionibus coniugalibus*]. Sacramentum hoc magnum est. Eph. 5. Disperierunt in Endor facti sunt ut stercus terre. Ps. 82. Sunt alique materie ita necessarie populis si cupiunt animarum salutem, quia eorum res talis est quod rari dicent, rari discunt. Scitis de quo velim predicare, et videbitur abhominabile multis! Disperierunt, i. diverso modo perierunt in Endor, i. in fonte generationis, hoc est in actu matrimoniali, quia facti sunt ut stercus terre. Scitis quid est fex terre sive stercus? est pena luxoriosorum in inferno. In quibus sacris verbis tres notabiles veritates David nobis ostendit: 1. dispersionis matrimonialis; 2 cause fundamentalis; 3 abhominationis infernalis *etc.*

386. (202r - 210r) [*De restitutione in tribus partibus*]. Restitues hereditatem meam mihi, ut supra. Sequitur, quando tenetur quis restituere. Notantur tres rationes. 1. ratio quod quicumque retinet aliena citius quam possit debet restitere *etc.* Restitues hereditatem meam mihi, ut supra.

Sequitur videre cui sit restitutio facienda. Et est satis utile et necessarium ne inepto consilio detur pro Deo pauperi *etc.*

c) Restitues etc.

Sequitur ubi debet fieri restitutio et quomodo, et quid impedit. Primo ergo de loco. Circa quam sunt necessarie tres discretiones: 1. Est quod quotiescumque quis habet restituere alibi quam ubi est *etc.*

Digitized by Google

387. (211^{r} - 215^{r}) [*De ludrico bello Perusinorum*]. Arcum conteret et confringit arma et scuta comburet igni. Ps. 54. Incipit: Deus noster refugium et virtus adiutor etc., quia ab ipso omnia bona procedunt et mala dependunt. Luc. XI: Cum fortis armatus *etc.* Fortis armatus est dyabolus sed fortior ipso est Christus yhesus.... Erat autem ipse fortis armatus quia possidebat atrium, s. perusinam civitatem. Sed quia Christus yhesus fortior illo supervenit, non ex medio mei modo merito, sed ex virtute sancti verbi sui, vicit dyabolum. Arma eius in quibus ipse confidebat sunt vanitates quas in monte legavimus, hinc presentialiter circumspicitis. Sed Domino concedente maiora hiis videbitis. Et forte die dominico, hodie ad octavam diem. Sed adhuc plura arma habet in hac civitate, scilicet arma ad bacthagliam vestram perusinam; sed cum explicavero banderias domini yhesu Christi pro certo, omnia arma eius in quibus confidebat, auferuntur. Et ideo si bene consideratis hoc mane debetis magis gaudere quia comburentur vanitates huis civitatis... Et ideo bene dicitur: Arcum conteret *etc.* Ubi tria arma ponit, scilicet: 1. armaturam ad percutiendo a longe ut arcum; 2. arma scilicet clavas et lapides, quia appellatione armorum continentur fustes et lapides. Inst. de verbo sy. paragr. Armorum; 3. arma ad defendendum, quia scuta. In quibus tribus armis tres culpe designantur de vestra bacthaglia perusina: 1. sue offensionis, cum conterit; 2. sue partecipationis; 3. sue punitionis *etc.*

388. (216^{r} - 218^{v}) [*De fidelibus et infidelibus*] Omnia opera eius in fede. Cum aperuisset agnus sigillum 3$_{m}$ etc. usque vinum et oleum ne lesis. Apoc. 6. In quibus sacris verbis tria lumina veritatis nobis a Spiritu sancto revelantur: 1. fidelium admonitio; 2 infidelium conditio; 3 fidelium preservatio. Primo igitur fidelium monitio tria sunt necessaria ne decipiantur: 1 temperantia, 2 diligentia *etc.* 3 intelligentia.

389. (219^{r} - 222^{r}) [*De reverentia ad sacra*]. Domino dilexi decorem domus tue et locum habitationis glorie tue, ne perdas cum impiis Deus animam meam. Ps. 25. Predicabo hodie predicationem tante utilitatis et reverentie quod si servabitur, bene erit omnibus servantibus. Ad fidem enim pertinet habere reverentia rebus sacris. Et pagani mirabiliter reverebantur ydola, et de solempnioribus sacrificiis ydolorum fiebant Thuscie. Unde quicumque volebant discere sacrificare veniebant Thuxiam. Tres principales reverentie debentur: 1. localis, domine dilexi d. d. t.; 2. personalis, et locum habitationis glorie tue; 3 sacramentalis, ne perdas cum impis *etc.*

390. (223^{r} - 224^{v}) [*De sacrificio missae*]. Immola Deo sacrificium laudis.... Sacrificium laudis honorificabit me *etc.* Ps. 49. De missa predicaturus, in quo offertur sacrificium laudis s. sanctissimum corpus domini nostri yhesu Christi, vocatum sacrifitium laudis, per antonomasiam. Cum quanta reverentia sit audienda tria notantur: 1 sacrifitii honorati, sacrifitium laudis honorificabit me; 2 affectus inflammati, et illic iter etc.; 3. intellectus illuminati, coostendam illi salutare Dey *etc.*

391. (222^{r} - 226^{v}) [*De nomine Iesu*]. Omnes gentes quascumque fecisti venient, et adorabunt coram te Domine, et glorificabunt nomen tuum. Ps. 85. Amor me stringit et desiderium pungit.... Et ad hoc ut solidius possim intrare profundius tanti nominis, septem preparatoria notabilia ponuntur. 1. notatur quod est dictum nomen *etc.*

392. (227^{r} - 230^{v}) *De detractione.* Draco iste quem formasti ad illudendum ei etc. Ps. 103. Ad moralem intelligentiam, intelligitur per draconem detractor, scilicet mala lingua, que non habet ossa sed facit rumpere dorsum. Draco enim intelligitur demon.... In quibus sacris verbis tria sunt consideranda de detractoribus: 1. suorum modorum venenosorum, draco iste 2. suorum commediorum vitiosorum, quem formasti, 3 suorum auxiliorum gratiosorum, omnia a te *etc.*

393. (231^{v} - 236^{v}) [*In commemoratione defunctorum*]. Misericordiam et iudicium cantabo tibi Domine. Ps. 100. Quia hodie fit memoria pro defunctis, generaliter contra illos incantatores qui dicunt quod

Digitized by Google

dicantur tot misse pro animabus dilectorum et est persus dyabolus. Sed omnino secundum morem ecclesie bonum est pro defunctis exorare. De quibus verbis propositis tribus orationibus: 1 eorum penalitatis, iudicium; 2 eorum iucunditatis, cantabo tibi; 3 eorum necessitatis, misericordiam *etc.*

394. (237) [*De gloria Paradisi*]. Gloria hec est omnibus sanctis eius. Ps. 149. Quia sumus prope finem predicationum nostrarum, ideo cum de multis predicavimus mundanis rebus, tempus est ut predicem de gloria paradisi. Gloria hec est omnibus sanctis eius. Notatur hec demonstrative, de qua credo tribus diebus predicare. Et faciemus sicut laudula ascendens et cantans. Congruum est enim, ut, ostenso mundo, purgatorio et inferno, ostendatur paradisum Dey nostri. Notantur tres glorie principales: 1. substantialis; 2 consubstantialis; 3. accidentalis; *etc.* Quoad primam .... notantur tria fundamenta, quasi tres prime veritates: 1. nature; 2. gratie; 3. glorie *etc.*

